

Et uterque illam probat aequalis temporis; sed unus probat verum titulum & alter non: tunc verum titulum ostendens, obtinet Bart. in lege Si duo in principio num. 4. versiculo Sed si uterque, ff. uti possid. Bald. in lege Accusare circa finem, cod. de eden. & alii omnes, ut latius apud Menoch. de reuend. remed. 3. num. 733. vers. Decimas est casus; sed tam Episcopus quam Praepositus est in quasi possessione instituendi & uterque illam probat aequalis temporis; sed Episcopus habet verum titulum a Jure communi in Ecclesiis omnibus fuz Diocesis ex cap. Cum ex injuncto de haeret. Praepositus vero titulum infectum ab executore Apostolico qui id jus instituendi reservavit praeter fines delegationis: ergo Episcopus obtinere debet.

Deinde hanc opinionem videtur probare efficaciter haec Decretalis in verbo Si autem exceptionem ubi Episcopus interruptit praescriptionem exemptionis Abbatis per solum exercitium quorundam actuum jurisdictionalium: nempe suspensionis, interdicii & aliorum similium; hi enim actus censentur facti ab Episcopo, ut probat littera in versiculo Vos super his jus Episcopale adjuvatis eisdem. Quod autem praeter exercitium Episcopi etiam alius prohibitorum intercederit, ut Abbas interpretatur; vel eil dividare vel redarguere Pontificem: quod dimittit locutus fuerit, ut hic perpendit Panf. vers. Pro opinione tamen.

Neque obstat quod per exercitium Episcopi interruptatur quasi possessio Praepositi ad effectum, ne ipsi queratur jus instituendi privativè: non autem ad effectum, ne queratur cumulativè; quia ut respondet Panf. in hoc textu: circa interruptionem non potest considerari acquisitio cumulativa; sed privativa tantum, quia in articulis interruptis totum jus fuit adjudicatum Episcopo atque ita impolitum silentium inferiori Praelato.

Verum his non obstantibus videtur respondendum Praepositum praescripisse jus instituendi cumulativè cum Episcopo: quod ut evidentiùs appareat, recensenda sunt verba Alexandri de Nervo hic, qui claris quam ceteri exposuit glossam Innoc. ac sensum hujus textus & sub num. 25. in hac materia constituit tres conclusiones. Prima, inquit, sit conclusio; si solus praescribens fuit usus jurisdictione; Episcopus autem infra tempus praescriptionis nullum actum jurisdictionis exercuit: videtur praescripta jurisdictione excludi Episcopo, ut sentit Innoc. in cap. Cum olim de restitutione spoliationis; & hic non est casus nolter, quia Episcopus in hac specie saepius instituit ante completam praescriptionem Praepositi. Secunda conclusio, inquit, si appareat ex titulo praescribentis, quod praescribentis jurisdictionem, excludi Episcopo, per solum exercitium jurisdictionis factum ab Episcopo, interruptitur praescriptio: etiam si non prohibeat praescribentem uti jurisdictione. Calum dicit esse in hac Decretali & sufficere unicum actum secundum Innocentium, cum quo alii transeunt; & hic similiter non est casus nolter, quia Praepositus noluit unquam praescribere excludi Episcopo; sed simul cum eo tanquam jurisdictionem habens cumulativam ex privilegio Eugenii IV. ut inferius dicitur. Tertia conclusio, subdit ibi Alexander de Nervo, si ex titulo vel alio modo non appareat praescribentem praescribere excludi Episcopo: jurisdictionis usus Episcopi non interruptit praescriptionem, quia intelligit praescribere cumulativè & non exclusivè; & hic proprie est casus de quo agitur, quia Praepositus ex privilegio Apostolico habet cum Episcopo jurisdictionem cumulativam, ut jam censuit Sacra Congregatio re diligenter examinata; ac propterea non instituit ut Episcopus excluderet, sed ut jure suo uteretur: credens id sibi licere ob facultatem sibi attributam ab executore Litterarum Apostolicarum: quae sibi iustam causam praebet cumulativè praescribendi, cap. Cum dilectus de ibi Batruis de consuet. quia ratione interdum etiam instituit tanquam Vicarius Episcopi: existimans hanc potestatem ad utrumque simul pertinere.

Itaque nec textus hic nec Doctrina Innocentii & aliorum quidquam obstat Praeposito quominus cumulativè praescripserit, quia procedant quando inferior intendebat praescribere in privatione Episcopi. Hunc eundem intellectum ad hanc Decretalem potuerunt, licet subobscuris, Antonius de Batruis est. 3. vers. Dic ergo: quod in dubio & Joannes de Imola prope finem, ubi probant ideo hic per exercitium Episcopi interrupti praescriptionem Abbatis; quia Abbas noluit creare novum jus: id est cumulare jurisdictionem jurisdictioni; sed tantum uti jurisdictione, eo respectu quo Episcopus utebatur; ut sic Ecclesia eximeretur ab Episcopo & sibi subiceretur; & idque patere, quia dicitur Ecclesiam sibi pleno jure subjectam & prorsus exemptam a jurisdictione Episcopi. Idem apertius docuit hic Equidius Bellamera num. 8. ubi ait, ita demum per solum exercitium Episcopi interrupti praescriptionem inferioris, si inferior praescribat per modum exclusionis Episcopi: alius factus & infra sub num. 30. vers. Quod dixi: hunc ait esse intellectum glossae Innocentii, quia ibi hic agebat Abbas per modum exclusionis Episcopi; cum diceret Ecclesias a jurisdictione Episcopi prorsus exemptas ac propterea illo ex-

cluso praescribere non potuit; quia cum Episcopus per unicum actum, jus ac possessionem suam conservaverit: necessariò etiam impedivit, quominus inferior praescriberet. Non enim poterat procedere praescriptio exclusiva illius qui priusquam inferior praescriptionem complevisset, eisdem actum aliquando exercuerat. Praescriptioni autem cumulativè non potuit esse locus, quia desuit animus praescribendi, à quo praescriptio qualificatur, lege finali ff. Quomodo in jure amittat, lege ultimà, ff. de itinere actus priore; & notat hic Bellamera num. 32. vers. ad secundam quaestionem: quod tacite etiam senserunt hic Anchar. num. 6. & Joannes de Anan. num. 9. volentes interrupti praescriptionem Abbatis per solum exercitium Episcopi, si Abbas plene probaverit se jus Episcopale exercuisse: id est voluisse praescribere plenam jurisdictionem, excludi Episcopo.

Consultat pro eadem opinione Baldus conf. 439. num. 11. vers. De quinta quaestione princ. volum. 3. ubi sic distinguit; aut quis praescribat tanquam sub alio aut tanquam super, aut tanquam secus ab alio; & primo casu in quo proprie veritatur Praepositus: dicit praescriptionem esse cumulativam & num. 12. Si Plebanus, inquit, in suo Plebanatu praescribit sit institutio: Episcopus nullo modo se intrinsece debet: quod est verum, si habuit possessionem per exclusionem Episcopi; & infra: Licet Plebanus habeat pro se consuetudinem, non tamen Episcopus est factus excludi a Jure communi; & sic ille cui praescribitur Patroni instituit, quia est cumulativa potestas & non obforpita. Haec Baldus qui amplius testatur sic praescribi Florentiam inter Archiepiscopum & Plebanos. Praeter Auctores supra relatos, allegatur etiam pro Praeposito Abbas hic, Baldus de praescript. 3. part. 6. princ. in 4. quasi. vers. Ex primo quæro & Covarruvias in cap. Alma Mater in 1. parte rel. §. 12. sub numero 3. qui simpliciter censet praescriptionem esse cumulativam, quando Episcopus quoque exercuit.

Quamobrem ex his patet hanc magis communem approbari, quando inferior intendit solum cumulativè praescribere, ut hoc casu & ut est communior: validioribus etiam rationibus fulcitur; nam hic modus interruptionis per solum exercitium Episcopi absque prohibitione non numeratur inter alios modos interruptendi praescriptionem; nec Bartolus in lege Naturaliter, ff. de injuc. de eo mentionem fecit dum recensit dicta Innocentii hic, ut animadvertit Abbas; nec habenda est ratio Panfilii dicentis ex hoc textu induci hunc modum interruptionis, quia supra ostendimus hunc textum non habere locum in eo qui intendit tantum cumulativè praescribere.

Praeterea vero, quia si esset vera opinio Panfilii: nunquam daretur praescriptio cumulativa, ut Abbas perpendit: casus tamen contrarium voluerunt glossa & Doctores in cap. Pastoralis de Officio Ordinarii; nec tollit obicem responsio Panfilii: quod dant potent hujusmodi praescriptio in duobus Praelatis, quorum neuter habeat verum titulum iuxta textum, lege Si duo, ff. uti possidetis. Quia imò Doctores admittunt praescriptionem cumulativam, etiam in Praelato inferiore contra Episcopum qui verum habet titulum à Jure communi, ut ibi per glossam & Felinum in 8. limitatione.

Quibus accedit quod in his quae possunt esse penes plures in solidum, ut est jurisdictio quae potest esse penes Episcopum, Archiepiscopum & Archiepiscopatum, cap. 1. & 2. & cap. fin. de Officio Archiepiscopi & cap. fin. de Officio Archiepiscopatu. Possessio unius non interruptit possessionem alterius, quia unusquisque actus facit ut suo jure utatur, non ut possessionem alterius interrumpat. Ita Equidius hic num. 31. & probat totus spectant ad Archiepiscopum ex consuetudine, ut in cap. finali eodem titulo secundum Abbatem loco citato & Bellameram in cap. De quarta num. 52. vers. Si verò sum in possessione supra eodem, ait in diverso jure possidentibus actus unius: possessio nem alterius non interrumpere: puta si unus possidet Jure ordinario; alter ex privilegio vel consuetudine, ut hoc casu. Ratio est, quia unusquisque intendit jus suum exercere, non jus alterius praeripere; & interruptio non fit sine animo. Bald. conf. 267. in causa Petri in principio lib. 3. quod cum generaliter sit verum: specialius tamen apparet in casu praesentis, quia Episcopus potius voluit approbare quam interrumpere praescriptionem cumulativam Praepositi.

Primo, quia citatus ab executore Apostolico in reservatione instituendi, acquivit sententia postea lata ad favorem Praepositi, cum ab ea non appellaverit, lege fin. cod. de sent. quo pro cert. quan.

Deinde ob annuas visitationes Episcoporum ex quibus elicuntur eorum scientia & patientia. Rota divers. par. 2. dec. 106. num. 8.

Tertio ob institutiones Praepositi multiplicatas & effectum sortitas spatio supra centum annorum, Salic. in lege Astarissem, vers. Quæro de quaestione facti, cod. unde vi. Rota divers. dec. 28. num. 7. parte 1.

Quarto, quia Examinatores Synodales Episcopi diversis temporibus saepius approbant Presbiteros eorum Praeposito praesentatos ac postea ab iplo institutos, ut patet ea publicis ins-

trumentis ac exhibitis in fasciculo, fol. 45. à tergo & in fol. 150. & seqq.

Ac postremo, quia cum Promotor fiscalis Episcopi anno 1601. praescripset Praeposito ne se ingereret in quadam praesentatione facta prius coram eo & postea coram Vicario Episcopi: idem Vicarius jurisdictione Praepositi, remittit causam ad eum tanquam jurisdictionem cumulativè habentem cum Episcopo ex Bulla Eugeniana & alius privilegiis, ut ex autentica scriptura signata littera E. atque ita elicitur ex parte Episcopi animus approbandi, potius quam interrumpendi praescriptionem Praepositi: non solum ex Jure praescriptione; sed etiam ex actibus positivis, ut dictum est.

Ex quibus sublata sunt etiam argumenta quae supra in contrarium retulimus; nam quod in controversia possessionis praescribi debeat: possessio Episcopi tanquam titulata, procedit quando possessio unius non est comparabilis cum possessione alterius, juxta legem Si duo, ff. uti possid. tunc enim cum una & eadem res non possit à pluribus in solidum possideri, lege Si ut certo, §. Duobus vehiculum, ff. comm. Si probationes utrinque sint pares: possessio titulata praesertur, cap. Licet causam de probat. ac secus est in his quae possunt esse apud plures in solidum, ut hoc casu; quia tunc unaquisque in sua possessione conservatur; & est locus cumulativè, ut jam probavimus.

DE PRÆSCRIPTIONIBUS.

Idem Innocentius Episcopo Lucano.

CAPUT XVIII.

Cum olim, frater Episcopo, cum Abbate & Monachis sancti Salvatoris de Ficheto, super plebe Salamazanæ, & adjacentibus capellis ipsius in nostra praesentia litigando, institutionem in eis, & alia ad jus Episcopale pertinentia vendicares: ad fundandam intentionem tuam, jus commune principaliter allegabas, cujus autoritate dicebas, universa spiritualia in praedictis locis, quae sunt in Diocesi tua constituta, ad te tanquam ad Diocesanum Episcopum pertinere: arbitrium praeterea super hoc promulgatum à Pistoriensi. Episcopo, Archiepiscopato, ac primicerio Lucanis allegans. Ad elidendam autem intentionem tuam, Abbas Gregorii VII. Papae (praedecessoris nostri) privilegium exhibuit: quod praedictam arbitrium multo videbatur tempore praecessisse: per quod tam Monasterium, quam plebs & capellae praedictae, videbantur libertati donatae: & infra. Aliorum quoque Romanorum Pontificum dictus Abbas privilegii utebatur, post arbitrium promulgatum obtentis, qui libertatis privilegia sibi concedere videbantur: & infra. Quia praedictus Abbas sufficienter ostendit, Monasterium suum super institutionibus & ordinationibus Plebani, & Clericorum, bapufmo, poenitentia in levioribus culpis, sepultura, decimarum perceptione, ac divinis officiis celebrandis tam in plebe, quam in capellis praedictis, in excommunicando, atque interdicens & etiam absolvendo, legitima praescriptione munitum, Abbatem ipsum ab impetitione tua, super jam dictis articulis, duximus absolvendum, super illis tibi perpetuum silentium imponendo, super aliis omnibus quae ad jus Episcopale spectare noscuntur, juxta tenorem arbitrii, eundem Abbatem, quoad plebem & capellas praedictas, sententialiter condemnantes.

SUMMARIUM.

- 1 Abbas in Capellis praescribere potest jura Episcopalis, sed obtinet in his soli, quae praescripserit, & numer. 10.
- 2 Loca adjacentia praesumuntur de jurisdictione illius civitatis, cujus territorio magis adjacent.
- 3 Compromitti potest de jure in Clericos ipsius.
- 4 Praelatus in jure Ecclesiae suae potest esse arbiter, & judex.
- 5 Episcopus fundat intentionem de jure communi super jurisdictione universali in omnibus Ecclesiis sua Diocesis.
- 6 Si jurisdictio spiritualis sit, secus si temporalis.
- 7 Diocesanus solus dicitur Episcopus.
- 8 Ordinarius dicitur quilibet habens in loco ordinarium jurisdictionem.
- 9 Diocesani appellatio, an & quando veniat inferior Praelatus.
- 10 Praelatus inferior potest praescribere jura Episcopalia contra Episcopum, licet non sit exemptus ex privilegio.





# DE SENTENTIA ET RE JUDICATA.

Gregorius.

## CAPUT III.

Non potest quemquam à sacerdotali gradu [ nisi iustis ex causis ] concors Sacerdotum sententia submovere.

### SUMMARIUM.

- 1 Sacerdos sine iusta causa non est ab Episcopis etiam in anam sententiam concordantibus deponendus.
- 2 Depositio & degradatio Episcoporum, Presbiterorum & aliorum Clericorum quem numerum Episcoporum requirit.
- 3 Et quid post Concilium Tridentinum.
- 4 Causa criminalis gravior contra Episcopos à solo Romano Pontifice cognoscantur, minores vero à Concilio Provinciali.
- 5 Character Ordinis durat etiam post mortem & Clericus resuscitatus non est iterum ordinandus.
- 6 Sententia requirit iustitiam causam & potestatem iudicantis.
- 7 Regularis excommunicati ob notorium delictum, an possint ab Episcopo denunciari & num. seq. usque in fin.
- 8 Miles Hierosolimitanus, qui Parochiam publicè percussit, non potest ab Episcopo declarari excommunicatus & num. 12.
- 9 Declaratoria excommunicationis an requirat citationem partis & num. 17.
- 10 Citatio non potest decerni ab Episcopo contra exemptum.
- 11 Citatio est decretum interlocutorium.

- 12 Regularis Sacramenta administrans sine Parochorum licentia possunt ab Episcopo denunciari excommunicati.
- 13 Denunciatio, seu declaratio circumscripta citatione non est actus Jurisdictionis & num. 15.
- 14 Sententia lata post appellationem est nulla.
- 15 Declaratio post appellationem est valida, ibid.
- 16 Exemptus notorie excommunicatus potest declarari ab Episcopo.
- 17 Excommunicationis sententia & declaratoria in quo differant.
- 18 Citatio requiritur in discussione causam etiam publicam, ob quam fertur declaratoria.
- 19 Secus si causa sit notoria.
- 20 Citandus non est cui notorium est defensionem non competere.
- 21 Publicum & notorium in quo differant.
- 22 Citatio pro declaratoria ob notorium excommunicationem contra exemptum non est archatoria.
- 23 Citatio quatenus sua poterit interesse, potest fieri etiam non subdito.
- 24 De notorio iuris est, ut constat etiam extra judicialiter

Non potest Joan. Andr. non summat, quia breve est. Sed per alia verba secundum Abb. sic summat potest. Sacerdos sine iusta causa non est ab Episcopis etiam in una sententia concordantibus deponendus. Hoc dicit & verbum, Sacerdos, intelligas largè pro Episcopo, Presbitero & Diacono & Subdiacono, iuxta text. in cap. 2. de cubab. Cler. & mul. Secundum Hostian. hic in princ. in verb. A Sacerdotali & num. 3. & Joan. Andr. n. 1. Quot autem Episcopi requirantur in depositione Episcopi, Presbiteri, Diaconi, & Subdiaconi, vel Clerici in minoribus constituti plene examinat Abb. hic num. 4. in fin. vrsj. Expediendò materiam, ad quem recurre.

Verum etià de iure in causa depositionis & actualis degradationis certus Episcoporum numerus requiritur, ut c. Si quis cum seqq. 14. q. 7. cap. Degradatio, d. pan. lib. 6. tamen quia si omnes adhibere difficile esset debita iuris extortio differetur, si quando autem intervenire possent, eorum residentia intermitteretur: Providè à Trident. Sinod. sess. 13. cap. 4. sancitum est, ut Episcopo per se, vel per eius generalem Vicarium ad condemnationem & verbalem depositionem & per se ipsum tantum ad actualem degradationem procedere liceat contra Clericos etiam in Presbiteratus Ordine constitutos, adhibitis tamen totidem Abbatibus, si ibi reperiantur, alioquin tot aliis personis in dignitate Ecclesiastica constitutis: cause vero criminales gravior contra Episcopos, quæ depositione, aut privatione dignæ sunt, ab ipso tantum Romano Pontifice sunt cognoscendæ & observandæ & cap. 8. sess. 12. & cap. 5. sess. 24. Nec Concilium Provinciale cognoscere potest, nisi causas minores Episcoporum, ut d. c. 5. in fin.

raclerem semel impressum in anima; quia indelebilis est, etiam post mortem; unde Clericus si mille resuscitaretur, non esset iterum ordinandus, ut notat gloss. in cap. 1. in verb. Nunquam 32. quasi. 7. & Abb. hic num. 1. & adde quod in proposito scripsi in cap. 1. num. 52. de supplen. negl. Prælat. post Innoc. & omnes in cap. ult. de Sacr. non siveran.

Secundo nota ex textu duo copulativè requiri ad validitatem sententiæ: scilicet iustitiam causæ & potestatem iudicantis, ut hic per Butr. in 2. notab. Quod autem in denunciazione, numquid requiritur potestas, seu Jurisdictio in personam contra quam fit denunciatio, dic ut in quasi. seq.

Quæro, an Regularis exempti, qui ob notorium delictum in excommunicationem incidere possunt ab Episcopo publicè denunciari excommunicari, ut ab aliis evitentur.

Cum olim quidam Eques Hierosolimitanus suam Parochiam publicè alapa percussisset & citatus ab Ordinario sua Privilegia opposuisset & quamvis ipso iure excommunicatus esset, cum omnibus tamen conversaretur: re ad Congregationem Concilii delata, S. Congregatio censuit non posse Ordinarium exercere in eum ullam Jurisdictionem neque excommunicando, neque declarando excommunicatum, quia ex privilegio exemptus est, ut in c. 11. sess. 24. Concilii Tridentini. Tamen ex quo ipse ob talem percussorem incidit in excommunicationem c. Si quis suadens, posse Episcopum præcipere omnibus Parochis & Canonicis & aliis Sacerdotibus, ne eum admittant intra Ecclesiam eidem Episcopo subiectam. Atque idem postea respondit S. Congregatio annis præteritis ab Archiepiscopo Salernitano consultis. Quæ quidem declaratio in ea parte, in qua dicit Episcopum non posse exercere ullam Jurisdictionem in exemptum etiam

## De sent. & re jud. c. Non potest.

etiam declarando eum excommunicatum, eam habet rationem, quia huiusmodi declaratio requirit partis citationem, gloss. in Clem. præsentis in ver. Confiteris de conf. & in Clem. 2. ad. ver. de pan. Feim; in cap. Rodolphus num. 41. de refer. & Cardin. conf. 132. num. 4. aut certe requiritur citatio partis in discussione causæ & verificatione facti, propter quod fertur declaratoria, licet in declaratoria ipsa non requiratur, ut inferius dicitur. Citatio autem cum sit actus Jurisdictionis, non potest decerni ab Episcopo contra exemptum, cuius non est iudex competens: c. de illicita 24. q. 3. c. Ex parte, in verb. Autoritate iudicis citatur de ref. & tradit Vant. de nullit. tit. de nullit. ex defectu citationis num. 27. & 35. Est enim citatio decretum interlocutorium, ut probatur in l. cum Clericus, ibi, sententiarum tuarum autoritate pulsatur, atque ibi tradit gloss. & Bald. C. de Episcopis & Cleric.

Ac præterea speciale est, ut Religiosi Sacramenta administrantes sine Parochorum licentia possint à locorum Ordinariis denunciari excommunicari Clem. Religiosi, de Privil. Ergo in contrarium est Jur commune, l. Jus singulare & l. Quid verò contra, ff. de legib. Quod factum innotuit in d. Clem. Joan. de Imol. lib. num. 3. his verbis, Nota bene taliter excommunicatos posse per Ordinarios denunciari non obstante privilegio exemptionis, ex quo nota argumentum à contrario, quod aliis extra causam titulum Religiosus exemptus excommunicatus non potest denunciari excommunicatus per Ordinarium.

Verum hæc possunt procedere, si delictum sit simpliciter publicum, ut in casu illius Equitis, qui proprio Parochio publicè alapam impexit; nec cum eo casu requiratur partis citatio, que non potest committi, in non subditum, verumtamen est Episcopum non posse ullam Jurisdictionem exercere in exemptum etiam declarando eum excommunicatum. Et hoc modo intelligitur declaratio S. Congregationis superius relata. At vero si delictum sit notorium, ut supponitur in dubio, tunc verius videtur Episcopum posse denunciare exemptos excommunicatos, ut ab aliis videntur.

Ratio est, quia denunciatio ex se, circumscripta citatione non est actus Jurisdictionis. Ideoque qui non potest iudicare, potest tamen declarare, secundum Cardinalem in Clem. fin. in 6. q. de panit. & remiss. Felin. lib. n. 3. Et similiter quamvis sententia excommunicationis lata post appellationem sit nulla, c. Cum contingat, de off. deleg. & c. Per tuos, de sent. excomm. tamen denunciatio sine declaratio est valida, cap. Pastoralis in fine de appellat. Roman. conf. 482. prope finem vers. 2.

Denunciatio fieri potest ab Ordinario, etiam in causa in qua Jurisdictionem non habet, ut tradit Imol. in Clementina 1. num. 19. de sequel. poss. & fruct. ad idem est glossa notabilis in cap. Si Papa in verbo Nemine 40. distinct. que in ultima solutione vult, ut qui dicit alium posse actus facere: non censetur alium iudicare; atque ex illa glossa in propriis terminis huius questionis post Gemin. colligit Prepositus num. 12.

Episcopum posse declarare excommunicatos exemptos, qui ex facto suo notorio excommunicationem incurrunn nec per hoc censeri eos iudicare; & idem tradit Guillelmus in Clementina finali in fine, de penitentia & remissione; & Gemin. in cap. Episcoporum de privilegiis lib. 6. vers. Sed potest salvari: ubi si delictum, inquit, exemptorum esset notorium; & ex tali delicto ipso facto incurrerent excommunicationem ex Juri dispositione: tunc Ordinarij locorum possent illos denunciare excommunicatos ad finem, ut per suos subditos evitentur; nec potest dici quod tunc imponant eis penam, quia tunc est à Jure inducenda; nec denunciatio ali-quid addit: ad hoc bonus textus in lege Harredes palam, §. quod verò ibi; nihil enim minus dat, sed datum significat, ff.

de testam. cum similitis, ut scripsi in cap. Quoniam à num. 15. supra de consil. & seqq. in dicto cap. Episcoporum. Franc. vers. Si tamen ex delicto. Marian. Socin. in cap. Accionibus 11. col. vers. secundum Lajum de privil. & Felin. hic num. 3. qui dicit de hoc esse textum valde apertum in dicta Clementi. 1. post prin. de privil. ibi locorum Ordinarij excommunicatos faciant publicè denunciari.

Nec obstat hoc casu quod dictum est supra de citatione que non potest decerni in non subditum; nam respondetur in declaratione excommunicationis à Jure infligta non requiri citationem secundum opinionem que verissima est de pro qua consultat Rom. conf. 482. à num. 5. usque in finem.

Prima ratio est secundum eum, quis qui excommunicatus est per declarationem amplius non ligatur, cum à principio ligatus fuerit; sed solum declaratur ut ab aliis evitetur: unde ex declaratione non inferitur poena gravissima que inferitur ex sententia excommunicationis; ideoque tanta solemnitas non exigitur per textum in dicto cap. Pastoralis, §. verum ad fin. de appell.

Secunda ratio est, quia Jura in favorem anime persone excommunicati majorem, ut Romanus ait, accelerationem & minorem solemnitatem exigunt in declaratione excommunicationis, quam in ipsa excommunicatione inferenda: ad hoc ut declaratus excommunicatus, postquam ex notitia excommunicationis ex declaratione insurgente videt se vitari, dum cepit hominum habere commercium, festinet citius reconciliari ei qui est & per hoc redeat ad salutem: que sunt verba textus in cap. Si inimicus 93. distinct. & in cap. 1. de except. lib.

Ac demum, quia etiam in discussione causa propter quam quis dicitur in excommunicationem incidisse, citatio requiritur secundum glossas initio citatas, quas quidem non intelligentes aliter allegant, ut dicit in eodem consilio Romani, num. 6. tamen in declaratione quod quis incidit in excommunicationem propter aliquid illicitum commissum, citatio aut motio non requiritur secundum Romanum ibidem, qui de hoc dicit esse textum singularem in cap. Irreprehensibilis, ubi Abbas notat de appell. Quamvis autem, ut dictum est in discussione facti propter quod quis penam incurrit, requiratur citatio, ut in casu dicti Equitis in quo delictum erat simpliciter publicum: hoc tamen non habet locum, si factum ipsum sit notorium, ut in dubio supponimus. Ita tradit Gemin. & Franc. in dicto cap. Episcoporum de privilegiis lib. 6. neque enim est citandus cui notorium est defensionem non competere Alex. conf. 6. col. fin. lib. 3. ubi restatur de communi opinione & alii relati à Vant. de nullit. tit. de nullit. ex defectu cit. num. 20. & hanc distinctionem inter publicum & notorium in hac materia denunciationis ponit expresse Vital in dicta Clementina 1. num. 51. de privil.

Potest etiam responderi secundum Felinum post Abbatem hic dicto num. 3. vers. Imò vult: ubi Abbatem ordinarium posse hoc casu decernere citationem etiam contra exemptum; nam cum Jura velint ut ad ejusmodi denunciationem pars citetur, concessio consequenti: videtur etiam concessum antecedens, cap. Præterea de Officio Delegati; neque hoc modo secundum Felinum dicitur violari exemptio, quia talis citatio non est archatoria; sed similis illi quæ habet clausulam si tua pars interesset: que non ardeat nolentem comparere; & potest fieri etiam non subdito, Barr. in lege Testamenti, col. 2. col. de Testamentis. Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ ad fin. 1. quasi. de consil.

Ac demum satis erit ut de facto notorio constet Episcopo per extrajudicalem informationem de qua in cap. Cum contingat de refer. ut post Abbatem tradit Felin. hic eodem num. 3. vers. Vel poterit sibi consilare.



26 Sexto decimarum perceptio. Quod intelligi potest, primo ut Abbas prescripserit quartam decimarum Episcopo debitam ut in *c. de quarta supra eodem*, secundum Host. & Joan. Andr. Nam in perceptio decimarum Abbas non egebat prescripserit cum de jure communi spectent ad plebem *cap. Cum contingat, de decim.* Deinde potest intelligi, ut Abbas prescripserit decimas, ut caperet ad utilitatem sui Monasterii secundum Abbatem.

27 Septimo potest prescribi jus celebrandi divina in Ecclesia Episcopo subiectis. Quod similiter potest intelligi duobus modis. Primo ut Abbas prescripserit facultatem liberè celebrandi in predictis Capellis secundum Innocent. in *fin. in verb. Celebrandi.* Et secundum hunc intellectum Prælati regularis de jure communi non potest liberè celebrare in Ecclesiis secularibus sibi subiectis. Secundo modo intelligi potest ut Abbas prescripserit jus celebrandi in Ecclesia sibi subiecta juxta officium Monachale: nam de jure Monachus, qui præest Ecclesiæ seculari non debet ibi officiare juxta ritum Monachicum, arg. *cap. illa 12. distin. & notat glossa unica in fine in cap. De Monachis 16. q. 1.* Et hic intellectus magis placet Hostien. *num. 5. in verb. At divinis officiis, & in ver. seqq. Abb. num. 5. vers. Officio sui celebrandi*, ubi ait esse mente tenendum hoc jus esse prescripibile & Joan. de Anan. *num. 3.*

28 Octavo & ultimo prescripibile est potestas excommunicandi interdicendi & absolvendi. Quod intelligunt Doctores respectu Clericorum & Ecclesiarum: nam subditos suos potest Abbas de jure communi excommunicare sine alia prescripserit ut in *cap. Sicut de Simon. & in cap. Cum in Ecclesiis, de major. & obed. secundum Abb. num. 5. in fine.*

29 Septimo nota ibi, Super jam dictis articulis, nec non ibi, Super aliis omnibus, ad prescripserit unius articuli juris Episcopalis non inferri ad prescripserit alterius sub eodem genere, prout semit gloss. *fin. hic & notat Bar. num. 5. in 6. notab. Calder. conf. 192. circa med. vers. In omnibus autem aliis 2. de prescripserit. Roman. conf. 368. num. 8. v. Unde videmus, Abb. conf. 71. Videtur num. 1. lib. 2.* Atque ita alio exercente & possidente universalem jurisdictionem in loco, si alius exercent jurisdictionem in certis articulis etiam animo acquirendi universalem jurisdictionem: Per hoc tamen illam non acquirit universaliter, sed tantum præscribit quantum possidet & exercuit. Et ita est hic casus pro his, quæ notat Innocent. in *c. Dilectus, de Capell. Monach. secundum Abb. hic num. 6.* Secus autem est si nemo universaliter possidebat; quia tunc ex uno actu inferitur ad prescripserit aliorum ejusdem generis, ut ibi Innocent. notat, quando ea intentione hoc facit, ut universalem jurisdictionem acquirat, ut declarat Alex. *conf. 68. num. 19. vers. Ad prædicta bene facit lib. 2. & probatur optimè in cap. 1. de relig. dom. ubi si dubitatur in cujus Diocesi sit Basilica consecranda, ille Episcopus consecrabit, qui prius in illo loco Episcopalia exercent. Ad idem textus in l. Possideri in princ. ff. de acquir. possess. ubi habetur ad acquirendam fundi possessionem non esse opus, ut quis omnes glebas circumambulet, sed sufficere quamlibet partem fundi introire, dummodo mente & cogitatione hoc fiat ut totum fundum usque ad terminum velit possidere. Et hæc sit prima limitatio ad conclusionem superius propositam. Aliam limitationem ponit Bar. in l. 1. §. Si quis hoc interdico num. 1. ff. de inser. actusque privato, ubi in præscribenda, inquit, jurisdictione, probata quasi possessione certi actus, in illo tantum actu præscribet, non in aliis: secus si haberet concessionem ab alio, qui habet jus concedendi; tunc enim si useretur jurisdictione in actu uno, retineret in omnibus.*

33 Itaque ex prescripserit unius actus inferitur ad prescripserit alterius sub eodem genere, quando prescribens habet causam universalem, seu fundat intentionem de jure communi, quia tunc ex prescripserit unius actus universalis acquiritur universa jurisdictione, secundum theoreticam Innocentii communiter approbatam in *cap. Dilectus in princ. Oldrad. conf. 354. num. 17. vers. Quinto opponitur, Feder. de Sen. conf. 130. Factum est tale num. 2. vers. Sed contra, Bald. conf. 433. num. 7. lib. 3. plenè Alex. alios cumulans in conf. 68. Et viso num. 18. lib. 2. An autem prescribens potestatem excommunicandi videatur etiam prescribere potestatem interdicendi, suspendendi & absolvendi, dic ut plenè per Abb. hic numer. 7. & Felin. in *cap. Auditus in princ. num. 11. supra eodem*, ubi declarat doctrinam Abbatis hic. Et an & quando qui potest excommunicare, possit absolvere, vide per eundem Felin. in *cap. Pastoralis, §. 1. de Offic. Ordin.**

35 Ultimo nota ibi, Sufficiens ostendit, non sufficere, ut inferior Prælati alleget se legitime prescripserit iura Episcopalia ad hoc ut obtineat contra Episcopum, nisi de prescripserit hujusmodi plenam fecerit fidem, ut hic & in *c. Cum persona de privileg. lib. 6.* Quod tamen declara, ut latius dicam *inf. à num. 46.*

36 In facto quantum est, an Archiepiscopus Theatinus sit

manutendus in quasi possessione visitandi loca subiecta Abbatie S. Joannis in Venere, donec Commendatarius per rem judicatam probaverit se in illa utramque jurisdictionem Episcopalem & temporalem in Parochos & Parochianos exercentem.

Cum die 4. Maii 1612. in Rota decimam fuisset, Abbatiam S. Joannis in Venere; circumscripto effectu, intra fines Theatine Diocesis existere; ac deinde Archiepiscopus obtinisset mandatum de manutendend in quasi possessione visitandi ipsam Abbatiam, ac loca ab ea dependentia, atque in illis ea, quæ à Concilio prescribuntur exercenti: Pothæ Sac. Congregatio Concilii ab eodem Archiepiscopo consultata declaravit, donec per tres sententias conformes, vel unam quæ in rem judicatam transierit dictam Abbatiam ac loca illi subiecta nullius Diocesis esse consisterit spectare ad Archiepiscopum Theatinum duntaxat causis ibi Matrimoniales & criminales cognoscere, licentias concondandi concedere, ac Sacerdotes approbare ad confessiones audiendas. Sed cum Archiepiscopus vellet visitare in vim dicti mandati de manutendend; oppositum fuit inter alia loca Abbatie subiecta extræ Caltrem de Fossaccia, Caltrem de Rocca & Villam S. Eufanii in quibus Commendatarius dicte Abbatie exercent utramque jurisdictionem Episcopalem & temporalem in Parochos & Parochianos; ac proinde exempta esse ab Archiepiscopi jurisdictione & visitatione in vim *cap. 11. sess. 25. de Regular. Unde super his Sac. Congregatio consultata respondit, si Commendatarius dicte Abbatie in prædictis Caltres Episcopalem & temporalem jurisdictionem exercent, loca hujusmodi minime subesse jurisdictioni & visitationi Archiepiscopi & decretum ab ipsa Congregatione jam pridem editum ad hunc casum non pertinere, nisi Archiepiscopus majorem in prædicta loca jurisdictionem exercent. Ceterum an verè Abbas in prædicta loca utramque jurisdictionem, aut Archiepiscopus majorem exercent autoritatem, non spectare ad iudicium Sac. Congregationis, sed ad Rotam ubi causa pendet esse discutendum.*

Nunc itaque cum ad excludendam Archiepiscopi visitationem Commendatarius teneatur probare se in dicta loca exercent utramque jurisdictionem: Queritur à Sac. Congregatione, an de hujusmodi jurisdictione consistere debeat per tres sententias conformes vel unam quæ in rem judicatam transierit, quemadmodum de statu nullius Diocesis jam censuit S. Congregatio, ita ut interea Archiepiscopus non sit impediendus ut suo mandato de manutendend in quasi possessione visitandi: An verò ad impediendam Archiepiscopi manutentionem satis sit in continentibus docere de exercitio utriusque jurisdictionis per testes, scripturas & alia ejusmodi genera probationum.

Pro solutione supponendum est primo, Episcopum habere assistentiam juris & Concilii Tridentini super jurisdictione spirituali in omnibus Ecclesiis intra sua Diocesis fines consistentibus, sive ille secularis, sive regularis existant, quantum non probentur exemptæ, ut de secularibus patet hic, & in *c. Omnes Basilice 16. q. 7. in cap. Cum venerabilis, de relig. domib. & dictum est supra, num. 5. in 3. notab. & de Monasteriis est text. in cap. Abbate, ubi notat gloss. in ver. Episcopus & in cap. Monasterio 18. q. 2. in cap. Tua nobis, ubi notat gloss. in ver. Episcoporum, & in *c. Monasteria 18. q. 2. in c. Tua nobis, ubi id notat Dec. num. 16. de cons. uti. vel inatit. in cap. Cum dilectus & in cap. De Xenodochiis, de relig. domib. ubi Host. sub num. 6. in ver. Per sollicitudinem, hic patet, inquit, manifestè quòd Monasteria & alia loca religiosa & pia ad Diocesanam pertinent de jure communi, de quo ipse Diocelanus petens, vel agens fundat intentionem suam, ut hic patet, & 16. q. 5. cap. Si quis Episcoporum & quasi 3. cap. 2. & 18. quasi. 2. cap. Quidam Monachorum. Unde semper dabitur sententia pro eo, nisi privilegium & aliud Canonice quid obstat, 18. q. 2. cap. Abbatibus de prescripserit. Non licet, de Insti. cap. 3. & c. Cum venisset cum alius per eum allegatis de dicit Rota dec. 78. num. 1. par. 1. divers. & statutum decreto Concilii c. 11. sess. 25. de regul. Nam ibi primo constituitur regula, ut Monasteria curata in his quæ pertinent ad animarum curam personarum secularium subint jurisdictioni & visitationi Episcopi, in 43. cujus Diocesi sita sunt. Et quamvis deinde excipiantur loca in quibus Abbates utramque jurisdictionem exercent tamen cum Regula sit pro Episcopo, exceptio pro Regularibus; Episcopus dicitur habere juris assistentiam, quantum exceptio à Regularibus concludenter probata non fuerit ut est text. in *c. Cum Episcopus & ibi gloss. in verb. Habere de Offic. Ordin. lib. 6. & tradit Bald. in cap. 1. col. 2. de alien. judic. mutan. cau. facta, & alii apud Dec. in l. 1. num. 8. ff. de reg. jur.***

Deinde supponendum est Concilium ubi eximit à jurisdictione Episcopi Abbates utramque jurisdictionem exercentes, non esse intelligendum de his, qui nudam habent exercitium Jurisdictionis absque ullo titulo, sed de his, qui iure & legitime dictam Jurisdictionem exercent, absurdum

enim esset, ut Concilium voluisset in sua possessione manutentem intruere & Jurisdictionis Ecclesie usurpatorem, quos anathemati subiecit in *cap. 11. sess. 22. & c. alius Episcopus, qui fundatam habent intentionem de jure communi, ut in pra allegari juribus. Et fuit sequens decem in Rota, ut in causa Valentini Jurisdictionis 9. Aprilis 1590. coram Bualo, Caputaq. decij. 201. par. 2. Scraph. dec. 1104. ubi referit ita etiam censuisse Sacram Congregationem Concilii.*

45 Quibus suppositis, videtur respondendum Archiepiscopum Theatinum esse manutendum in sua quasi possessione visitandi ejusmodi loca, quamdiu Commendatarius non probaverit per tres sententias conformes, vel unam, quæ in rem judicatam transierit, te in dictis Caltres Jurisdictionem Episcopalem & temporalem exercere: nam cum decretum d. c. 11. non tollat, imò potius præferret juris assistentiam, quam habent Episcopi in Monasteriis suæ Diocesis, ut dictum est; inferior Prælati non est conservandus in sua possessione, nisi in duobus casibus. Primus est, si exhibeat privilegium, quod per se sit insufficientis ad dictam Jurisdictionem exercentem. Secundus est, si dicat se muniri privilegio & prescripserit & privilegium exhibeat quod, licet per se non sit sufficiens, tamen juxta causam præbeatur prescribendi & de possessione fidem faciat. His enim duobus casibus dantur manutentend inferiori contra Episcopum, text. est ad litteram in *cap. Cum persona, de Privileg. in 6.*

47 At verò hoc casu nullum quidem exhibetur privilegium per se sufficiens ad utramque Jurisdictionem legitime exercentem: si enim de tali privilegio apparet, is est limitata tam in possessione, quam in petitorio iudicio, *cap. 1. de Privileg. lib. 6. & d. c. Cum persona, c. Quano infra eod. tit. c. Institutionis 25. q. 1. cap. Cum dilectus & ibi, Joan. Andr. n. 3. de relig. domib. cum multis similibus. Similiter nec exhibetur privilegium, quod præbeat juxta causam exercenti Episcopalem & temporalem Jurisdictionem: nam in privilegio exhibitis Alexandri III. & aliorum Pontificum solum conceditur Monachis dicti Monasterii S. Joannis in Venere, ut ea quæ sunt Ordinis, possint accipere à quo maluerint Catholico Episcopo, atque ut intra mœnes Abbatie nullus Episcopus, nisi vocatus ab Abbate Sinodus celebret, aut Clericos contringat, cum hac curam ad Abbatem sollicitudinem Sedes Apostolica voluerit pertinere & Monasterium sub protectione dicte Sedis suscipitur. Quæ verba ita restricta & limitata tantum abest, ut poterit præbere juxta causam prescribendi Episcopalem & temporalem Jurisdictionem, ut notat ostendat hanc Jurisdictionem à Commendatarius usurpatam fuisse: Juridicò enim Episcopalis constat cognitione causarum criminalium Matrimonialium & aliarum civilium institutione ac destinatione, aliisque pluribus, de quibus in *c. Conserente & c. Dilectus, ubi gloss. in ver. De Loge Jurisdictione de offic. Ordin. & tamen in dictis privilegiis conceditur ad summam Abbati sola Clericorum constitutio, ac Sinodi celebratio. Et quamvis Monasterium recipiatur sub Sedis Apostolicæ protectione hæc tamen protectio nullam exemptionem importat, ut est casus in *c. Ex parte, il. secundo de privileg.***

Uadè sequitur, ut cum Abbas sit sola prescripserit munus, Archiepiscopus, qui fundat intentionem de jure communi, non sit probandus vitare, donec Abbas de prescripserit Canonica plenam fecerit, idem, juxta verba d. c. Cum persona: inferior enim non potest jvari sola possessione, nec obtinere contra Superiorem in interdico: tenenda, ut tradit Bar. in l. 1. §. Hujus auctoritate interdico sub n. 3. vers. Nam interdico hoc ff. uti possid. & Verbal. decij. 306. num. 4. par. 1.

Idque est magis, quia Archiepiscopi Theatini bis visitarunt dictam Abbatiam, ac loca eidem subiecta, ita ut propterea res videatur sine difficultate, cum Archiepiscopus præter juris assistentiam habeat etiam actus possessionis, Rota decij. 382. n. 4. & 5. par. 2. in recent. Præterur enim in concursu possessio titulata & que fomentum habet à jure, c. Licet ad causam de probat. Bar. in l. Qui accusare col. fin. in ult. notab. Cod. de edend. Menoch. de retention. remed. 3. num. 733.

Præterea considerandum est Concilium non resistere, imò potius assistere, ut Prælati nullius Diocesis possint causas Matrimoniales & criminales cognoscere, ut legitime resolutum & scriptum plenè in *c. Accedentibus infra de excess. Prælator. & tamen in hac causa, qua Abbas nititur sola prescripserit, Sac. Congregatio declaravit ejusmodi causas esse ab Archiepiscopo Theatino declaravit ejusmodi causas esse ab Archiepiscopo Theatino declaravit, donec per rem judicatam constitent dictam Abbatiam nullius Diocesis existere. Ergo similiter etiam Concilium non resistit, imò potius assistit Regularibus utramque Jurisdictionem exercentibus, ita ut ab Episcopo visitari nequeant, tamen donec per rem judicatam de exercitio ejus Jurisdictionis constitent, non erit Archiepiscopus prohibendus ejusmodi loca visitare: cum Abbas nullum privilegium exhibeat, quod saltem præbeat juxta causam prescribendi.*

Rursum considerandum est duriori probatione onerari Abbates utramque Jurisdictionem exercentes, quam Prælatos nullius Diocesis: his enim sufficit probare omnimodam Jurisdictionem Episcopalem in certa parte Diocesis exclusio Episcopo, ut c. Anus supra eodem: hoc etiam includit separationem territorii & statum nulli us Diocesis, juxta gloss. communiter receptam in Clem. 1. §. Volumus in verb. Diocesani, de foro compet. Dixi in *c. Nullus infra de Paroch. & in cap. Cum contingat supra de foro compet. At verè exercentibus utramque Jurisdictionem non sufficit probare Episcopalem, sed requiritur etiam probatio temporalis Jurisdictionis, ita ut teneatur probare statum nullius Diocesis, qui includitur in probatione Episcopalis Jurisdictionis, ac præterea etiam exercitium Jurisdictionis temporalis. Undè si dati est Episcopo manutentio, quando Abbas non teneatur probare, nisi statum nullius Diocesis in terminis *cap. 9. sess. 24. longè magis debet illi dari in casu cap. 11. sess. 25. de regul. quando Abbas teneatur probare non solum statum nullius Diocesis, sed etiam temporalis Jurisdictionis exercitium.**





- 11 Prescribere potest inferior Prelatus contra Episcopum jus instituti, & de iudicandi.
- 12 Et quid institutione auctorizabili.
- 13 Prescribere an possit inferior jus ordinandi Clericos tam perso in sum, quam per alium.
- 14 Et quid post Concilium Trid. & n. seqq.
- 15 Regulariter non possunt suos subditos ordinandos dimittere, nisi ad Episcopum, Diocesani.
- 16 Et quid si sint nullius Diocesis.
- 17 Baptismus, id est jus tenendi in Ecclesia fontem Baptismalem, potest prescribi.
- 18 Prelatus inferior an possit prescribere jus absolvendi a casibus, Episcopo reservatis.
- 19 Et quid post Concilium Tridentinum, num. 21. usque ad num. 25.
- 20 Jurisdictio bassa facultas prescribitur, quam merum imperium.
- 21 Prescribi possunt per inferiorem Episcopo omnia, que sunt jurisdictioni, & dignitati Episcopalis.
- 22 Casuum reservatio facta ab Episcopo Diocesano non afficit personas nullius Diocesis.
- 23 Prescriptio jurisdictio Episcopalis in certa parte Diocesis, exclusio Episcopo, includit etiam facultatem sibi casus reservandi.
- 24 Casus sibi reservare, an & quando possit inferior Prelatus, n. seqq.
- 25 Prescriptio non procedit in his, que sunt contra disciplinam Ecclesiasticam.
- 26 Sepultura, seu jus liberè recipiendi aliquem ad sepulturam potest prescribi.
- 27 Quarta Decimarum Episcopo debita prescriptibilis est.
- 28 Monachus, qui presertim Ecclesia seculari non debet ibi divina officia celebrare juxta ritum Monasticum, nisi hoc jus prescripserit.
- 29 Prescribi potest ab inferiori Prelato potestas excommunicandi, interdicens & absolvendi.
- 30 Prescribi contra universalem possidentem in certis articulis etiam animo acquirendi jurisdictionem universalem, illam universalem non acquirit, sed tantum prescribit, quantum exercuit.
- 31 Secus si nemo universalem possidebat, quia totum prescribit, sicut intentione hoc facit.
- 32 Possessio fundi ad acquiratur, non oportet omnes glebas circumambulare.
- 33 Jurisdictionem exercens in actu, retinet in omnibus si habeat concessionem ab eo, qui jus concedendi habet.
- 34 Prescribi etiam actum universalem acquirit universalem jurisdictionem si habeat causam universalem, seu intentionem fundatam de jure communi.
- 35 Prescribi potest potestatem excommunicandi, an censetur

Um olim. Abbas in Capellis prescribere potest jura Episcopalia obtinet tamen in his solis que prescripserit. Hoc dicit. Dividitur in tres partes. In prima ponit petitionem Actoris, & ipsius jura. In secunda ponit jura Abbatis ibi, ad elidendam. In tertia definit ibi, Quis prescribit. Et partim pro Abbate usque ad vers. Super alius. Et abinde pro Episcopo.

Nota primo ibi, adjacentibus, loca adjacentia presumi de jurisdictione illius civitatis, cujus territorio magis adjacent, arg. h. Insula insit. de rer. divij. & hic notat Bald. n. 1. Hinc est, ut quamvis visitare loca nullius Diocesis, & illarum personas ordinare etiam dimissorias ad Ordines suscipiendos concedere, non spectat ad Episcopum viciniorem, sed ad Episcopum intra cujus Diocesis fines eadem loca sita sunt ad prescriptum c. 10. sess. 23. Concilii Tridentini: tamen secus sit, si loca ipsa sint omnino extra fines cujusque Diocesis, quia tunc predicta facultas pertinet ad Episcopum, cujus Cathedralis Ecclesia proximior est ex decreto c. 9. sess. 24. Presumuntur enim dismembrata a territorio illius civitatis, cui magis adjacent, ut ex sententia S. Congreg. Cardinalium ipsius Conc. Interpretum scripti plenius in c. Nullus infr. de Paroch.

Secundo nota ibi, Archiepiscopo, ac Primicerio Lucanis. juncta supra prescripserit. In personas Ecclesie posse de jure ipsius Ecclesie compromitti. Nam Pontifex hic arbitrium approbat, ut patet in fine capituli, & notat Jo. Andr. n. 4. in ver. Lucanis, dicens cordi tenendum, & remittit ad nota per se in c. Cum inter in ver. Subscribitur, de re judic. & in Specul. in tit. de arbitro, §. Sequitur, vers. Sed num. quid, Abbas idem notat Butr. n. 6. in 9. notat. Cardin. n. 1. Anchar. & Abb. ambo in 5. notat. Quod intellige dummodo compromissum fiat in Clericos, ut hic; aliis secus: ut in c. Contingit sup. de arbit. secundum Card. Non obstantibus textus in l. penult. ff. de arbit. quam Jo. Andr. allegat in contrarium. Si quidem illa lex secundum Abbatem nihil facit: tantum enim decidit neminem posse in re propria esse arbitrum, hic vero Archiepiscopus, & Primicerius non erant

- etiam prescribere potestatem interdicens, suspen detendi, & absolvendi remissive.
- 35 Prelatus inferior, qui nititur sola prescriptione, non obtinet contra Episcopum, nisi illum suscipiente probet.
- 36 Archiepiscopus Theatinus, an sit manutentendus in possessione visitandi loca subjecta Abbatia S. Joannis in Venere, donec Commendatarius probaverit per rem judicatam se in illa utramque jurisdictionem exercere, & num. seqq. usque in fin.
- 37 Abbatia S. Joannis in Venere ex sententia Rotæ est intra fines Theatina Diocesis.
- 38 Episcopus potest causas Matrimoniales & criminales cognoscere, predicandi licentias concedere, & confessores approbare in locis intra sua Diocesis fines existentibus, donec probetur status nullius Diocesis.
- 39 Visitatio Episcopi non subsunt loca, in quibus inferior exercet utramque jurisdictionem, nisi idem Episcopus majorem in illis auctoritatem exercet.
- 40 Congregatio Concilii quaestiones facti rejicit ad iudices competentes.
- 41 Prelatus inferior ad excludendum Episcopum a visitatione, an docere debeat per rem judicatam de exercitio utriusque jurisdictionis in Parochis, & Parochianis.
- 42 Episcopus habet assistentiam juris, & Concilii Tridentini super jurisdictione spirituali in omnibus Ecclesiis, etiam regularibus intra fines sua Diocesis, quamdiu non prescribitur exempta.
- 43 Concilium Tridentinum cap. 11. sess. 25. de Regul. expenditur, num. 52.
- 44 Monasteria in his, que pertinent ad animarum curam personarum secularium, subsunt jurisdictioni Episcopi Diocesani, ibidem.
- 45 Nisi Abbas in loco Episcopalem & temporalem jurisdictionem exercet.
- 46 Non sufficit tamen nudum exercitum, sed requiritur justus titulus.
- 47 Prelato inferiori, an & quando danda sit manutentio contra Episcopum in exercitio jurisdictionis Episcopalis.
- 48 Monasterii S. Joannis in Venere privilegia que?
- 49 Jurisdictio Episcopalis quibus consistit.
- 50 Exemptio non inducitur ex sola receptione sub protectione Sedis Apostolicæ.
- 51 Prelatus inferior non potest jurari sola possessione contra Episcopum in interdicio retinenda.
- 52 Possessio titularis & que sumentum habet à jure, prescribitur in concursu.
- 53 Abbatem allegantes utramque jurisdictionem onerantur darioi probatione, quam allegantes statum nullius Diocesis.

arbitri in re propria sed in juribus Ecclesie, super quibus ne dum Ecclesie Clerici, sed ipse quocumque Prelatus potest esse arbiter, ut hic per eum. Et idem voluit Ant. de Butr. in c. Cum inter, §. 1. in 1. col. inf. tit. pro. & Fiorina. in l. Si societatem, §. Arbitrorum in pr. ff. pro soc. quos refert, & sequitur Felin. hic n. 2. vers. Dum dicit Abbas. Nec mirum, quia in causa Ecclesie fuit Prelatus potest etiam esse iudex, c. Si quis ergo 3. q. 7. c. Sicut 7. q. 1. & c. Guilielmus 23. q. 4. & tenet gloss. unica in c. Cum venissent, vers. Sic Episcopus iudex est in causa Ecclesie sua, & ibi Abb. & DD. sup. de iudic. & notat in c. 1. de pen. lib. 6. & hic per Butr. n. 12. vers. Inducitur ad quaestionem.

Tertio nota ibi, ad fundandam intentionem tuam jus commune, & c. Episcopum de jure communi fundare intentionem super jurisdictione universalis in omnibus Ecclesiis fuit Diocesis, ut hic, & in c. Omnes Basilica 16. q. 7. cum alius hic allegat in gloss. 1. & per Holt. ante n. 1. in ver. In tua Diocesi. Idem notat Card. in 1. notat. Butr. Anchar. & Abb. omnes in 3. notat. & latius dicam infra num. 42. Intellige in specialibus, in quibus Episcopus obtinet eo ipso, quod probat Ecclesiam intra sua Diocesis fines existere, quamdiu non probetur exempta. Secus vero in temporalibus, in quibus succumbit nisi aliter doceat de jure suo. Textus est, in quo utrumque membrum probatur in c. Cum venerabilis, ubi omnes notant infr. de relig. demis.

Quarto nota ibi, tanquam Diocesani Episcopum, appellatione Diocesani venire Episcopum tantum, non autem Prelatum inferiorem, licet habeat in loco ordinariam jurisdictionem. Quod tenet gloss. 1. in Clem. 1. vers. Item nota verbum Diocesani, de vita, & honest. Cler. & in Clem. 1. in ver. Diocesani, de jurat. & Abb. hic n. 1. in 4. notat. qui hinc colligit differentiam inter Diocesani, & Ordinarios: nam Diocesani dicitur solus Episcopus; Ordinarius vero etiam quilibet alius habens ordinariam potestatem in loco, ut in c. Ordinarii, juncta gl. in ver. Locorum de offic. ordin. lib. 6. gloss. in Clem. 1. in ver. Locorum Ordinarii, de testam. de quo plene per Archid. in c. Li. 42

- et Canon n. 6. in ver. Ordinarius, de elect. lib. 6. Idque confirmatur etiam ex etimologia, & allusione vocabuli: nam Ordinarius dicitur qui habet ordinariam jurisdictionem; unde hoc nomen convenit eum habentem eam jurisdictionem habenti: Diocesani vero dicitur, qui presertim Diocesi, quod convenit soli Episcopo, ut in c. Cum Episcopus, de off. Ordin. lib. 6. Patetur tamen Abbas Diocesani appellatione comprehendere quemlibet habentem in loco ordinariam jurisdictionem ubi subjecta materia pariter est apta concernere tam Episcopum, quam alium Ordinarium. Et ita salvat quod scripsit Jo. Andr. in c. Joannis super ver. Diocesani, de testam. Tu vero adde gloss. in Clem. 1. §. Voluntas in ver. Diocesani, de for. compet. que notabiliter dicit pro Diocesani intelligi eos, qui habent in loco Episcopalem jurisdictionem, vel quæ; dummodo tamen illam habeant privatè ad Episcopum. Quam gl. sequitur ibi Card. n. 2. in 4. q. Imola n. 38. Abb. n. 15. & Vital. n. 4. Similis gl. est in Clem. 1. in ver. Proprit, de reb. Ecl. non al. quam hic sequitur Fel. n. 1. vers. Secundo limita, per hoc enim inferior constituitur in proprio territorio, ut notat Gem. post Jo. de S. Georgio in c. 2. col. 4. vers. Quatuor inferiori Prelati ab Episc. habent territorium, de consue. lib. 6. & dicit plenè in c. Significasti, de off. Archid. & in c. Cum contingat, de for. compet.
- 10 Quinto nota Abbatem, & sic inferiorem Prelatum posse prescribere jura Episcopalia contra Episcopum, ut hic est casus secundum Jo. Andr. & omnes in Summa. concordat text. in cap. Auditis supra eodem. Et quavis Holt. hic in princip. in ver. Abbas, dicit hoc procedere, si Abbas sit exemptus ex privilegio, quia alias non posset prescribere jura Episcopalia: tamen oppositum determinat Innocent. num. 2. Cui consentiunt Butr. num. 10. in ult. notat. & Anchar. n. 2. in 2. notat. & Innocentii opinionem putat veterior Abbas n. 4. in 7. not. & in d. c. Auditis, & ibi dixi.
- 11 Sexto nota in vers. Quia predictus Abbas, octo jura que contra Episcopum prescribi possunt ab inferiori Prelato de quibus hic per Holt. num. 2. vers. Sed hoc nota Joan. Andr. sub num. 4. in ver. Offendit, Butr. num. 10. in 10. notat. & Abb. in 8. not.
- 12 Primo enim prescribi potest jus instituendi in Ecclesiis & Capellis, necnon jus delatandi. Et quod dictum est de jure instituendi, Abbas intelligit contra Holtensem etiam de institutione autorizabili dicens hoc probari aperte in hac Decretali, ubi simpliciter institutio reservatur Abbati in plebe & Capellis: & fultus hoc prosequitur in d. capite. Auditis supra eod. Tu vero hoc intellige, ut dixi in cap. Eam te n. 3. supra de stat. & consue. lib. 6. & in cap. Cum contingat n. 31. 37. & sequitur de foro compet.
- 13 Secundo prescribi potest ordinario Clericorum, quod duobus modis potest intelligi. Uno modo, ut ipse Prelatus prescribat jus ordinandi Clericos per seipsum. Et hoc casu jure communi inspecto, prescriptio procedit tantum quo ad illos ordines quos inferior potest conferre, ut in cap. Quoniam 14. 69. dist. 8. & in cap. Abbates, de privi. lib. 6. Dixi jure communi inspecto, quia ex Concil. Trident. cap. 10. sess. 23. Abbatibus & aliis inferioribus non licet primam tonuram vel minores Ordines conferre cuiquam qui regularis subditus sibi non sit, non obstantibus privilegiis, prescriptionibus, vel consuetudinibus etiam immemorabilibus. Unde aut Abbas vult ordinare suos subditos regulares & non eget prescriptione, cum habeat potestatem eos ordinandi, ut in dist. c. Quoniam. Aut vult ordinare sibi non subditos: & ei obstat Concilium, de quo dic latius ut scripsi in c. Cum contingat de stat. & qualis. in cap. 1. de suppl. negl. Pralat. & in cap. Aqua, de consec. Ecl. Quo vero ad alios ordines, quos inferior non potest conferre, absolutum est etiam jure communi inspecto, non procedere prescriptionem; quia que sunt ordinis Episcopalis nullo unquam tempore prescribi possunt, cap. Quando, & ibi dixi supra de consec. & d. cap. Aqua.
- 14 Alio modo ordinatio Clericorum potest intelligi, ut Prelatus jus ordinandi prescribat non per seipsum, sed per alium, id est, ut possit suos subditos ordinandos dimittere ad quem manerit Catholicum Antititem. Et de jure communi procedit prescriptio, ut hic, & in cap. Veniens infra eod. secundum Holt. & alios prelatos. Verum post Concilium Tridentinum fecit dicendum est quia Abbates & alii inferiores Prelati Clericos secularibus litteras dimissorias nullatenus concedere possunt ut ab aliis ordinentur & quamvis possunt illas concedere suis subditis Regularibus; non possunt tamen eas dirigere, nisi ad Episcopum Diocesani, ut in cap. 8. sess. 23. Aut si sint nullius Diocesis ad Episcopum intra cujus Diocesis fines existunt, ut prescribitur in 16. dist. cap. 10. ubi derogatur prescriptionibus & consuetudinibus etiam immemorabilibus. Quod si omnino sint extra fines cujusque Diocesis, ex sententia S. Congregationis Concilii, dimissorie dirigenda sunt adviciniorem Episcopum qui tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus potest eos visitare Fagnan. in H. Lib. Decretal.

ex decreto, c. 9. sess. 4. ut dixi supra in 1. not. de quo vide quod scripsi latissime in c. Significasti supra de offic. Archid. Tertio prescribi potest baptismus, id est, ut inferior Episcopo jus habeat in Ecclesia tenendi fontem baptismalem. Simile, in cap. 2. de Capell. Monach.

Quarto prescribitur est poenitentia in levioribus culpis. Et hinc arguit Anton. de Butr. num. 8. in 1. notat. ut Prelatus inferior non possit prescribere jus poenitentie injungende quoad graviores culpas & casus Episcopo reservados de quibus in cap. 2. de poenit. & remiss. lib. 6. Et videtur ex mente Baldi num. 2. in ver. In levioribus culpis, qui hinc colligit bassam Jurisdictionem facilius prescribi, quam merum imperium, de quo in l. More majorum, ff. de jurisdict. omni. judic. & in l. Veros, cod. de divers. offic. lib. 12. Sed oppositum tenet Abbas motus ea ratione, quia omnia que sunt jurisdictionis & dignitatis Episcopalis, possunt per inferiorem Episcopum nomine sue Ecclesie prescribi ut in cap. Auditis supra eodem. Et ad hunc textum respondet propterea hic dictum de levioribus, quia in illis duntaxat fuerat prescriptum; non tamen negat Abbatem potuisse prescribere in gravioribus.

Verum hanc controversiam sustulit Concilium Tridentinum de Sacr. Pen. sess. 14. cap. 7. de cas. refer. Unde in hoc articulo hodie sic distinguitur. Aut Abbas, vel alius inferior Prelatus ex privilegio Apostolico vel legitima prescriptione habet omnimodam jurisdictionem quasi Episcopalem in certa parte Diocesis, exclusio Episcopo, ita ut sit in statu nullius Diocesis, secundum ea, que scripsi latissime in cap. Nullus infra de Paroch. & tunc non eget prescriptione ad absolvendam a casibus Episcopo reservatis: quia reservatio Episcopi non afficit subditos ipsius Abbatis cum non sint de sua Diocesi, ut plene probavi in cap. Omnis infra, de poenit. & remiss. & Abbas ipse quoad subditos potest sibi casus reservare, ut mox patebit. Neque hoc causa loquitur de reservatione, quam faciunt Episcopi in Diocesis, ut patet ibi, Episcopi omnibus in sua cuiusque Diocesi. At locus nullus neque est in Diocesi Episcopi, ut dixi Roa. decis. 207. num. 2. part. 2. divers. & salius notavi in cap. Cum contingat num. 32. 35. & 37. supra de foro compet. Et in hoc primo casu salvari potest opinio Abbatis. Tunc enim inferiori suffragari potest prescriptio quo ad absolutioem à casibus Episcopo reservatis, quando prescripserit totalem jurisdictionem Episcopalem, vel quasi privatè ad Episcopum in certa parte Diocesis juxta terminos, cap. Auditis supra eod. & notata per glossam in Clem. 1. §. Voluntas in ver. Diocesani de for. compet. Nam in dicta prescriptione jurisdictionis universalis includitur etiam jus sibi reservandi casus ut paulo infra patebit.

Aut inferior ex privilegio, vel prescriptione non est in statu nullius Diocesis, sed est simpliciter exemptus vel prescripserit jura Episcopalia in aliquibus tantum capitibus, ut fecerat ille Abbas in octo capitibus, de quibus in textu. Et tunc non valet prescriptio reservatis: quia cum inferior hoc casu adhuc remaneat subditus Episcopo Diocesano, nec ipse inferior possit quoad subditos casus sibi reservare; obstat illi reservatio Episcopi Diocesani. Unde ab ipso tantum absolutio petenda est ad prescriptum Concilii Tridentini in dist. cap. 7. Quod multo clarus procedit post decretum S. Congregationis super negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium prepositæ editum jussu sanctis recordationis Clementis VIII. super absoluteione à casibus reservatis. Quod reservatur à Stephano Quaranta in Summa Bullarii in ver. Casus reservati pag. 162. Et in hoc casu tenenda est opinio Antonii de Butrio: Magnopere enim pertinet ad disciplinam populi Christiani ut in qualibet Diocesi addit Superior, qui possit graviora crimina reservare. Is autem in sua Diocesi non est nisi Episcopus. Neque enim in hoc suffragatur inferiori aliqua prescriptio; tum quia obstat Concilium; tum quia in his que sunt contra disciplinam Ecclesiasticam, prescriptio non procedit cap. Cum inter de consec. Felin. in cap. Accedentes num. 6. supra eodem Bald. in tract. de prescript. in 1. par. sexta part. principalis num. 7. Unde partes Sacerdotis sunt, cum extra mortis articulum nihil possit in casibus reservatis, id unum poenitentibus persuadere, ut ad Superiores & legitimos Judices pro beneficio absoluteionis accedant ut legitur in dist. cap. 7. Et hanc distinctionem non obcurat probavit Sacra Congregatio ejusdem Concilii interpres: nam consultata, inferior aliquis ab Ordinario in ea parte Diocesis, que jurisdictionis sue subiecta est, possit sibi reservare aliquos casus, quemadmodum Ordinarius licet in suis Diocesis: Die 5. Julii 1582. respondit posse; si tamen habeat jurisdictionem quasi Episcopalem in eo loco & nulli Diocesano subdit, nec ipse, nec ejus subditi.

Quinto prescribi potest sepultura, id est, jus recipiendi aliquem ad sepulturam liberè ut in cap. Nimis insignis §. 1. v. Le frater infra de excess. Pralat. T 2





# DE SENTENTIA ET REJUDICATA.

Innocentius III. Archidiacono, & Sacrista Magalonem.

## CAPUT XII.

**C**um olim Magalon. Episcopus P. de Castro novo ad vacantem Archidiaconatum ejusdem Ecclesie nominasset, J. prapposito, ut nullus ibi ( nisi prius duplici sibi voce concessa ) institueretur per appellationem interpositam inhabe[n]te, Episcopus dictum P. de Archidiaconatu per anulum investivit. Prappositus vero alium ad eundem Archidiaconatum nominare prapsumpsit. Tandem C. prapdecessor noster, quod factum fuerat ab utraque parte cassavit, pronuntians quod aliquibus scriberet, ut tam Episcopum, quam personas ad ordinandum concordiam Archidiaconatum monerent; & eorum forte monitis non admittis, hoc ipsi exequi non differrent: post hac vero dictus prapdecessor noster G. qui nondum ad Diaconatus erat promotus officium, prater conscientiam procuratoris Episcopi, apud Sedem Apostolicam tunc morantis, ipsum Archidiaconatum contra pronuntiationem suam contulit, sicut credimus circumventus. Nos igitur inharentes veligis prapdecessorum nostrorum dicentium, sententiam Romanæ Sedis, cum aliquid fuerit subreptum, posse in melius commutari: quod de prapdicto G. factum est, non obstante donatione, quam ab eodem Episcopo in elusionem donationis Apostolicæ nuper dicitur recepisse, in irritum revocamus, & ei licet absenti, cum de subreptione liquidò constet, super dicto Archidiaconatu perpetuum silentium imponentes, prapcipiendo mandamus, quatenus sapiedictum Archidiaconatum ( plena omnium vestrum qui presentes fuerint in Ecclesia interveniente concordia ) ordinare curetis.

## SUMMARIUM.

- 1 **C**ircumventus dicitur collatio & non tenet, si Papa contra pronuntiationem suam conferat Beneficium hoc tacito.
- 2 **P**apa si veniat contra factum praprium, concedendo alicui Officium vel Beneficium a se prius alteri concessum: prapsumitur circumventus; & secunda concessio non valet & non tenet.
- 3 **E**t hoc est prapsumptio Juris & de Jure: qua non admittit probationem in contrarium, num. 17.
- 4 **E**tiam si Papa disponat motu proprio, num. 21.
- 5 **E**t per actum declarationis, num. 15.
- 6 **J**udicia sua non prapsumitur quis velle impugnare.
- 7 **V**ariis & inconsistentibus reprobat maximè in personis Ecclesiasticis.
- 8 **E**t prapcipit in Papa, num. 6.
- 9 **E**piscopus si mandet uni Beneficium conferri: non potest variare, etiam re integrà.
- 10 **I**n Principe tanquam Justitiam fonte, debet esse constanti & perpetua voluntate.
- 11 **C**elestinus Papa de mane conferrebat gratiam & de sero auferrebat & alteri conferrebat.
- 12 **M**utationes que sine rationabili causa sunt in Officiis & Beneficiis Ecclesiasticis, sunt contra Dignitatem Apostolicam.
- 13 **G**ratia secunda nunquam prapsumitur prajudicare primæ alteri concessæ.
- 14 **E**t potius prapsumitur circumventio quam variatio. Et probatio in contrarium non admittitur, num. 17.
- 15 **E**tiam in gratia motu proprio, num. 21.
- 16 **P**rius actus debent esse stabiles & perpetui mansuri.
- 17 **G**ratia secunda, etiam si videatur revocatoria primæ: tamen si de mente Papæ non appareat clarè, nunquam prajudicatur revocatio.
- 18 **I**n d. minor potius habetur cui res primò tradita est: licet alius in titulo prapveniat.
- 19 **S**ed hoc non procedit in Clericis, ibi dem.
- 20 **D**eclaratio Apostolica alicujus concessio[n]is, si non conveniat actus declarato: habenda est Pontificis pro circumventio.

- 21 **D**eclaratio Papæ iniqua, est ipso jure nulla & tribuenda circumventioni vel importunitati acti erroris.
- 22 **C**redimus verbum exponitur: id est idem.
- 23 **P**riniceps quando revocat suam concessionem, prapsumitur circumventus & contrarium probari non potest.
- 24 **E**t in hoc procedit in aliorum de proprio gestis.
- 25 **M**otus proprius non firmat gratiam contra prapsumptam mentem concedentis.
- 26 **M**aximè in prajudicium tertii & num. 40.
- 27 **C**itatio in impetratione gratiæ testis prajudicialis non requiritur.
- 28 **D**amnòdò, Priniceps procedat de plenitudine Potestatis, num. 31.
- 29 **E**t adversarius non sit praprens in Curia, num. 32.
- 30 **D**eclaratur num. 33.
- 31 **U**bi privilegium conceditur: non est de more nec de Jure, ut aliquid citetur.
- 32 **P**riniceps sicut solus Legem condit: ita solus privilegium concedit nullo citato.
- 33 **D**ispenationes & privilegia conceduntur, nemine citato.
- 34 **C**itatio generalis in litteris prajudicialibus non sufficit, quando adversarius est praprens in Curia; sed Procurator citandus est ad hospitium.
- 35 **P**rocedit in litteris Justitiæ, non autem in litteris gratiæ.
- 36 **C**itatio qua motus non requiritur in impetratione gratiæ, tertio prajudicialis: tamen jus illi questum non auferatur.
- 37 **S**tatus Curie quoad citationem in impetrationibus litterarum est servandus.
- 38 **C**itatio quavis non requiritur in impetratione gratiæ prajudicialis: requiritur tamen in processu ad ulteriora, etiam si citatio per Principem fuerit remissa, num. 36.
- 39 **S**poliatus autoritate propriè & in vim clausule, motu proprio potest agere remediò resitutoris contra talem spoliatorem.
- 40 **M**otus proprius Priniceps facere non potest ut quis minus legitime excludatur à possessione.

- 38 **C**itatio est de Jure Divino & naturali: ideo per Principem tolli non potest & non tenet.
- 39 **S**i Papa des alicui facultatem capiendi possessionem propriam autoritate: hoc intelligitur, nisi possessio sit plena.
- 40 **C**lausula, motu quolibet detentore, intelligitur Juris ordinis servato.
- 41 **C**itatio requiritur etiam in notoriis, nisi constet reo nullam defensionem competere.
- 42 **N**otorium, licet non constet Judici, tamen si verè sit tale: sententia irrevocabiliter tenet: sed Judex peccat.

- 43 **S**ententia non est revocanda, si ex post factò constat Judicium factum esse notorium & absenti nullam defensionem competere.
- 44 **C**itatio requiritur quantumcumque factum sit notorium, nisi pars corporalis debet instrui.
- 45 **N**otorii dicuntur multi qui non sunt: & idèd tantus est nullum quantumcumque notorium fore demandum sine citatione.
- 46 **S**uper notorio potest procedi in absentia partis cognoscendo, sed non exequendo.

**C**um olim. Si Papa contra pronuntiationem suam conferat Beneficium, hoc tacito: subreptus dicitur collatio & non tenet. Hoc dicit Abbas Anagninus, Joannes Andreas, Baldus, Collectar. Bellamera, Butrus, Cardinalis, Anchar. Abbas Siculus, Joannes de Anania, Guidopapa & Alexander de Nevo.

**1** In textu ibi contra pronuntiationem suam, sicut credimus circumventus. Nota singulariter hanc litteram & nunquam obliuiscaris quòd si Papa veniat contra factum proprium, concedendo alicui Officium vel Beneficium super quo prius Ordinationem fecerat in favorem alterius: prapsumitur circumventus & secunda concessio non tenet; & ita hic esse casum expressissimum dicit Ludovicus Romanus conf. 258. circa prapmissum num. 1. vers. Secundo eadem conclusio: quem locuti sunt Ruin. conf. 98. quis per privilegium num. 21. volum. 4. Dec. conf. 583. viso puncto, numero 18. Ferrer. consilio 6. Factum tale est alius, num. 4.

**2** Rationem reddit Gemin. in consilio 36. incipiente: *Quo collatio, num. 5.* quia non prapsumitur quis velle sua Judicia impugnare; notaretur enim de variatione, inconstancia & illatione: que reprobat à Jure, maxima in omnibus Ecclesiasticis, Clem. *Cum illatio de renunc.* Cardin. conf. 136.

**3** Factum sic se habet vacantibus num. 16. idèdque Episcopus qui mandavit uni Beneficium conferri: non potest variare etiam re integrà, ut dicit Rota decisi. 1. num. 1. de prapbenitis & decisi. 27. de concessione prapbenidarum in antiquis. Felinus hic num. 5. col. 4. circa medium, vers. Et dicit Rota. Prapcipit autem variatio & inconstancia reprobat in Papa, ut per Geminianum ubi supra; nam ut eleganter inquit Baldus conf. 327. incipiente *In die enim in 1. volum. num. 4.* [In Principe tanquam Justitiæ fonte debet esse constanti & perpetua voluntas; & convenit, ut illud verbum semel locutus est Deus; & iterum: quod scripsit, scripsit. Unde Priniceps debet unum calamus & unam linguam; & non plures linguas habere, quia scriptum est: *que procedant de labiis meis non faciam irrita;* & idèd debet esse immobilis sicut lapis angularis & sicut pilus in Cælo.] Hec Baldus & loquitur de Papa Celestino, ut patet num. 3. vers. *Item Celestinus*, sicut de alio Celestino loquitur hoc Decretalis. Et in eadem inveniit implet Baldus in cap. 1. num. 1. de natura feudis: quòd de mane conferrebat gratiam & de sero auferrebat & alteri conferrebat: cuius dictum refert Andreas Barbatia conf. 1. num. 1. vol. 1. Poterò, ut inquit Cardin. conf. 142. Panctus S. D. N. num. 5. Summa est villosio dignitatis Apostolicæ & Status Ecclesiastici, ut ex nulla rationabili causa fiant mutationes in Officiis & Beneficiis Ecclesiasticis, cap. *Queremus de Jure Patronatus*; & idèd gratia secunda nunquam prapsumitur prajudicare primæ alteri concessæ; & potius prapsumitur circumventio quam variatio per ipsum textum. Sed & Gemin. dicto consilio 36. num. 2. Non prapsumitur, inquit, quòd D. Papa ita de facili revocet ea que fecit: imò dispositio facta per eum contra ea que fecit, censetur subreptis & non valet; quia prapsumitur circumventus contra ea que legitur & notantur in cap. *Ex parte, ubi primo de Officio Delegati* & in hoc cap. Similiter Rota decisi. 23. col. penultimo, num. 18. de prapbenitis in antiquis, dicit actus Priniceps debere esse stabiles & perpetui mansuri, ut in cap. *Debet de regulis Juris* in 6. adèd ut etiam si secunda gratia videretur revocatoria primæ: tamen si de mente Papæ non appareat clarè, nunquam prapsumatur revocatio: qui jmo Hostiensis in cap. *Continebatur* num. 1. in verbo *Robur firmum de res que sunt à Prelato sine consensu Capituli*. In tantum dicit varietatem esse exercendam in personis Ecclesiasticis ut putaverit dispositionem, lego *Quoties eod. de res venditæ*, quia captum est ut in dominio, in potior habetur cui res primò tradita est. licet alius in titulo prapvenierit, non venditur sibi locum quando diverse concessiones sunt ab Ecclesia seu Ecclesiastica persona, ut consentunt Romanus dicto conf. 298. circa prapmissum numero 2. versiculo *Ultimò videtur & conf. 70. viso illemate, col. 3. num. 3. vers. per secundum in Clem. 1. n. 1. de renunc.* & Felinus hic d. n. 5. vers. **15** Et in tantum, qui in hanc rem de more plura congerit, & vers. *Et addit potest*, notabiliter ad hoc ponderat hunc text. quòd si Papa declaret in aliqua concessione qualis fuerit sua intentio, prout quondam fecit, si talis declaratio non constaret verbis actus declarati, habendus est Pontifex pro circumventio, cum tollat jus alteri questum. Allegat Bel-lam. decisi. 724. etiam extra Rotam col. 6. vers. *Sexta ratio*,

qui dicit declarationem Papæ iniquam esse ipso jure nullam, & tribuendam circumventioni, vel importunitati, aut errori.

Amplia conclusionem superius firmatam dupliciter. Primò scilicet, ut hujusmodi prapsumptio circumventionis potius, quam variatio in Summo Pontifice sit prapsumptio juris, & de jure non admittens probationem in contrarium, ita singulariter voluit hic Innocent. in prin. in verb. *Circumventus*, dicens, *Hoc ita violenter prapsumitur, quòd in contrarium probationem non admittimus.* Quem totidem verbis sequuntur Host. n. 5. Joan. And. hic n. 4. Bellam. n. 2. Alex. de Nevo n. 22. & Cardin. n. 9. vers. *Et dicit Innocent.* subdicens non obitare, quòd Papa hic eam, sicut credimus: nam verbum *credimus*, exponitur, ad eam tenent, prout etiam exponitur Host. n. 5. Bellam. n. 2. & plerique alii. Idem voluit Bald. in *prapbenitis, conf. 327. n. 4. vol. 1.* ubi dicit Principem si qui circumventum quando revocat suam concessionem, adèd ut contrarium probari non possit, quasi hæc sit prapsumptio juris & de jure, que probationem in contrarium non admittit; & ita secundum eum amplius hoc Decretalis, quòd secunda concessio contraria primæ non valet: allegat bonum text. in l. *Prædica, C. de locat. et col. lib. 11.* Eccliam consilium ferè ad litteram transferunt, & sequuntur Dec. conf. 193. pro tenui facultate n. 9. & conf. 580. *Queritur an petito n. 4. in fin. vers.* Et hoc idem comprobatur & d. conf. 588. *Viso puncto n. 19. & in l. Nemo potest mutare n. 3. ff. de reg. iur.* Ferrer. d. conf. 6. *Factum tale est alius, n. 4. Gozzad. conf. 63. n. 19. Ruin. conf. 93. Quid per privilegium n. 22.* dicens ita tenere Innocent. & omnes hic. Quod etiam asserit Felin. hic n. 5. col. 5. vers. *Amplia ista.* Et quamvis eos intelligat in alibus & inter vallo gelus, non autem de proximo, & potest eos ita sentire; tamen hæc limitatio non colligitur ex Innocent. vel aliis proximè citatis, quia tantum dicunt in hoc puncto præcisa verba, que supra retuli & nihil præterea.

Amplia secundo etiam Priniceps disponat motu proprio, quia nihilominus prapsumitur circumventus, & contrarium probari non potest. Et in concessione motus proprii loquitur Bald. Dec. Ruin. & Ferrer. loc. cit. prout etiam loquitur Card. d. conf. 136. ut patet in themate, & sic tenent Abb. n. 5. vers. *Amplia secundo*, & Alex. de Nevo n. 23. reddentes rationem, quia motus proprius non firmat gratiam contra prapsumptam mentem concedentis, ut notat Joan. And. in c. *Si motu proprio, de prapben. lib. 6.* & Joan. Cald. in c. *Cam dilectus, de jurat.* & pluries firmavit Rota, ut dixi in c. *Causam que, n. 18. & seq. supra de rescript.*

Quod maxime procedit ubi secunda dispositio tendit in prajudicium alterius. Priniceps enim non prapsumitur prajudicare, l. 2. §. *Si quis à Principe, ff. Nequid in loc. pub. & in c. Super eo, de off. de leg. cum pluribus concordatis, quis dedit in d. cap. *Causam que, n. 11. & seq.* post Bolognet. conf. 2. n. 27. 38. & 39. multo autem fortius hæc locum habent stante Regula Cancellariæ de non tollendo jus questum, ut ibi dixi n. 35. & silius in c. *Casterum*, & n. 18. de rescript.*

In gloss. *Circumventus*, nota secundum Bald. hic n. 33. in 24 impetratione gratiæ nullum esse citandum, quia est quedam donatio: Item non est actus qui debeat expediri in contradictorio judicio argum. illius notab. gloss. que est in l. 3. §. *pen. in verb. Pro tribunali, ff. de bon. possid.* unde quando proceditur ad collationem, nemo est citandus: *Licit Episcopus de prapben. lib. 6.* & cum Bald. consentient hic Abb. n. 16. Joan. de Anan. circa fin. vers. *Nota secundum Host. Alex. de Nevo n. 5. & Felin. n. 6.* Et idem Bald. in l. *Nam 25 ita dicitur col. 1. n. 2. ff. de adoption.* ubi ait: Quando privilegium conceditur, non esse de more nec de jure, quòd aliquid citetur, quia est donum Superioris, allegat l. *Libertus, ff. de in jur. vocand. & in c. Eam qui de prap. lib. 6.* Sicut enim solus Priniceps legem condit, ita solus privilegia concedit, nullo citato, ut idem dicit in *liger finali, Cud ce quibus res judicata non obstat.* Item actus privilegandi est supremæ potestatis, quam alterius presentis contradicendi non impediret, ut per eundem Bald. in l. *fin. ad fin. vers. Extra oppa. C. de fract. & lit. expens.* Ideoque dispensationes, & privilegia conceduntur, nemine vocato, ut dicit Innocent. in c. *Abortivus, prap. fin. de testib. & post eum Archidiacon. c. Contra morem post prin. 120. distind. Butr. in c. Delatoris, col. penult. n. 7. vers. *Sicut si juramentum, de jurat.**



Imol. in c. Cam dilecti, n. 28. vers. Sed quia de consue. uti. vel inuiti. Milia in reperi. verb. Citatio non requiritur, quia referre, & sequitur hic Felin. alios cumulans n. 6. & quamvis Host. lib. 4. dicit litteras prejudiciales non debere transire sine audientia; & quando adversarius est praeter in Curia citationem generalem non sufficere, sed procuratorem citandum esse ad hospitium, & ita Curiam servare: tamen hic filius Curie procedit in litteris iustitiae duntaxat, non autem in litteris gratiae, ut declarat Gasp. de Cald. hic, & post eum Abb. n. 16. vers. Sed de jure pato. Jo. de Anan. erro. fin. vers. nota secundum, Host. Guidopap. n. 2. vers. Ibi de luit requiri, & Alex. de Navo n. 24. vers. Gasp. Calder. dicit, & n. 25.

30 Declara haec primò, ut quamvis in impetratione gratiae tertio prejudicialis non oporteat aliquem citari, non tamen propterea jus illi quaesitum nullatenus aufertur, ut post Joan. de Lignan. & Butr. declarat Abb. in c. At si Clerici, §. de adulteris, col. 11. n. 18. vers. & per hoc dicit Joan. de Lignan. de judic. & Felin. hic n. 7.

31 Declara secundò dummodo in concessione gratiae in praedictum alterius non vocati appareat Principem uti velle plenitudine potestatis, gloss. & Butr. in l. nam ita dicitur, §. de ady. & Felin. hic n. 8. Sed hoc in hoc procedente regula Cancellariae de non solen. Jure quaesito, dicit in cap. Ceterum in 4. ampliat. n. 23. de re scriptis.

32 Declara tertio nisi in cuius interest, sit praesens in Curia, quia tunc citari debet, ut notat gloss. praesentata in l. Nam, ut dicitur, ff. de ady. quam dicit ibi Butr. bene notandum, & ita observat Curia Romana, ut dicit gloss. in auct. Cister. in verb. presentis, C. De Litis contestat. Item gloss. 1. in fin. in l. Observandum, ff. de iudic. & sequuntur ibi Butr. Ang. & Bald. qui addit gloss. in verb. Nolle, in Clem. Constitutionem de elec. & Innoc. in c. significante, in verb. Inhibita de appell. Alios refert Felin. hic n. 9. qui ab hac declaratione n. 10. exceptit tres casus, per te videas. Sed certe praecitate gloss. & DD. quos allegat Felin. loquuntur

33 in litteris iustitiae, & re scriptis ad lites, non autem in litteris beneficiabilibus, & gratiis. Et in Curia quotidie à plicatoriis sunt impetrationes certo modo, & supplicationes signantur in illis de nemine vocato, nulla habita distinctione an is, qui laudat, sit praesens in Curia, an non. Et ego ipse plurimas signavi in officio meo Signaturae per Concilium. Si tamen filius Curiae aliter se haberet, servandus esset. c. Ex litteris de Constit. & c. Quam gravi, de crimin. sol. & hic notant Abb. n. 16. vers. ego resigno hoc filio Curiae, & Alex. de Navo n. 25.

34 Declara quartò, ut quamvis citatio partis non sit de essentia, nec requiritur in hoc ipso actu impetrationis gratiae tertio prejudicialis: bene tamen requiritur postea in processu ad ultionem, Bald. in l. 2. n. 2. vers. Item nota Cod. de temp. appell. Felin. hic n. 6. Quod locum habet etiam si citatio per Principem fuerit remissa, ut decidunt DD. de Rota apud Mehedan. de. 7. de resistit spoliat. ubi Papa primò concesserat uni Officium Custodiae pontis, & portus Salaris Urbis, ac deinde idem officium alteri concesserat motu proprio, ac de plenitudine potestatis non obstante concessione alteri facta, & cum clausula, ut propria autoritate posset capere possessionem remoto exinde quocumque alio Cathode, & obedienti, & Rota resolvit primum officiales spoliatum debere restituere, quia sine ordine iuris per secundum fuit capta possessio, & spoliatio facta ad not. in l. 2. ff. Quod vi, aut clam, & in l. extat, ff. Quod metus caus. & in c. Ex transmissa de res. spoliat. nec motus proprius Principis potuit prejudicare, ut legitime excluderetur à possessione, ad l. Mominerit, C. unde vi. Nec etiam Principis possessionem vacantem sine maxima causa potuit mandare capi, ad l. 2. cum gloss. ff. Ex quib. caus. servit. amit. nec id potuit facere sine citatione, nec eas potuit tollere, cum sit de jure divino & naturali, ad notatam in c. 1. de caus. poss. & propriis.


35 Felin. in cap. qua in Ecclesiis n. 43. de Constit. ubi quòd si privat aliquem sua possessione, tenetur dare cambium. Nec videtur fuit oblati, quòd secundo officiali in litteris fuerit data potestas capiendi possessionem propria autoritate,

qua intelligitur nisi possessio esset plena, quia non potest tolli. Allegat Alex. conf. 83. col. 2. vol. 2. Dec. conf. 95. & 96. part. 1. col. 7. Nec etiam virtute clausulae motus proprii, & de plenitudine potestatis ponit primus Officialis privari iure suo. Innoc. in c. Innotuit de dist. & ibi Abb. Bald. in l. fin. col. 2. C. de quadrien. praescript. Et infra dicit non suffragari clausulam, amato quolibet danteore, quia intelligitur iuris ordine servato, Bald. in rubr. de off. deleg. Felin. in c. de cetero, col. 3. infra eodem. Item dicit oblati regulam de jure quaesito non tollendo, & sic fuit conclusum. Et hic iunge quae in proposito scripsi in c. Ceterum à n. 35. usque in fin. de re scriptis.

In gloss. in verb. Licet absentis, ex ipsa nota in notorio non requiritur citationem. Nam gloss. in fine dicit hic potuisse ferri sententiam in absentem etiam non citatum, quia conibat de subreptione. Unde ex hac gloss. limitari possunt aliae glossae, quae dicunt in notorio requiri citationem, & sententiam, ut in c. Ad nostram, il. 3. in gloss. in verb. observandum de iurjurand. in c. Foris in verb. notoria, de divortis. Nam debent intelligi, ubi non constat absentem nullam defensionem competere licet etiam intelligi debet, c. fin. §. Vices de off. deleg. lib. 6. ubi textus videtur innuere, ut Conservatores teneantur citare, & tamen non possunt cognoscere nisi de causis notoriis, ut in c. 1. cod. tit. & lib. Nam illud intelligitur quando non constat absentem nullam defensionem competere. Et eodem modo intelligi debet Innoc. in c. Tuo, n. 3. in fin. de cohabit. cler. & mulier. dum dicit, citationem semper esse in quolibet notorio necessariam: aliquando sententiam esse nullam, cuius oppositum dixit in c. Quanto num. 1. de translat. Prelat. & in c. ex Inquisitione in fin. de appel. ubi ait in notorio sententiam ferri non citata parte. Et idem sentit Archid. in c. Qua Lotharius, n. 2. q. 1. & Butr. in l. 2. §. Quod si de fragmenta n. 1. ff. De adm. nistr. rer. ad civit. pertinet. Et probatur in c. Venerabilium vers. Sunt enim notoria iuncto gloss. in verb. Publica, & in c. 60. me Magantine, ibi & excessus notorios examinatione non indiget, supra de elec. hoc enim debet intelligi, ubi certum est absentem nullam competere defensionem, & hoc modo dicit gloss. & Innoc. conciliant hic Doctores, maxime Alex. de Navo n. 29. & 30. Abb. dicens hanc esse veritatem in conf. 68. Quamquam iuris variatione, n. 4. vers. Quinimo plus voluit, lib. 2. Soccin. sen. conf. 4. in er. quaestio. n. 24. vers. Nec habet oblati, & conf. 87. Visti investitura, n. 22. vers. Sexto quatenus lib. 3. Paris. conf. 1. vija facti serie n. 39. lib. 1. Decian. conf. 19. n. 355. lib. 1. & latius Curt. Sen. conf. 20. Septenario, n. 12 & 17. quimo, ut formaliter inquit Innoc. in d. c. Tuo in fin. de cohabit. cler. & mulier. etiam iudici non couisset factum esse notorium, dummodo verè sit notorium, licet iudex peccet si fert sententiam, antequam probetur factum sibi notorium: tamen ejus sententia irrevocabiliter tenet. Quare indistincte teneas sententiam non esse revocandam, si saltem ex post factò constat factum esse notorium, & reo nullam defensionem competere, ut hic per Butr. n. 14. & Alex. de Navo n. 36. in fin.

Hec tamen notabiliter limitat Collectarius hic n. 1. ut 45 locum non habeant si pena corporalis deberet infligi, quia tunc reus esset vocandus, quantumcumque factum esset notorium. Allegat Guil. de monte Laudino in Clem. Passoribus de re judic. & Archid. in c. 1. in gloss. in verb. Praetoriam de off. deleg. lib. 6. Dicunt etiam Host. & Jo. And. in c. Cam sit Romana, in fin. de appell. iustitiae, & tutius esse nullum quantumcumque notorium fore demandandum sine citatione, vel admortione, quia multi dicuntur notorii, quia non sunt c. Consuluit, de appell. unde dicebat Petrus de Sampson super notorio posse procedi in absentia partis cognoscendo, sed non exsequendo: sequitur Collect. hic post mediam vers. Licet idem Hostien. & ad praesentia adde Julium Clarum in pract. crim. §. fin. q. 9. n. 4. vers. Quarto nam quid in notoriis, & Ant. Gomez tom. 3. var. ref. 1.

An autem, & quando citatio possit tolli per Principem vide plenissimè per Curt. Senior. d. conf. 20. per tot.



# DE SENTENTIA ET RE JUDICATA.

Idem Innocentius III. Abbati, & Conventui S. Zenonis Veronen.

## CAPUT XIII.

Cum inter vos pro Ecclesia vestra, & Archipresbiterum, & Clericos sancti Proculi, super subjectione ejusdem Ecclesiae quaestio verteretur ex parte vestra fuit propositum, quòd dicta Ecclesia Monasterio vestro, pleno jure debet esse subiecta: videlicet in institutione, destinatione, investitura Archipresbiteri, & ejusdem fidelitate, ipsius & fratrum obedientia, correctione, representatione ad ordines, tonsuratione, susceptione chrismatis, litanis, & aliis similibus, per quae plena subiectio declaratur; ad quod probandum instrumentum publicum concessionis B. quondam Veronenis Episcopi, pars vestra in medium producebat, quam concessionem successor ejus T. ratam habuit, & etiam confirmavit. Super his quoque tam Romanorum Pontificum, quam Patriarcharum Aquilegen. privilegia & confirmationes induxit: quorum unus de subjectione plenaria, in privilegio suo evidenter expressit, quòd sub testimonio R. quondam Veronen. Episcopi, qui ejusdem Ecclesiae Archipresbiter extitit, factum fuerat & completum, & in eo à Priore sancti Zenonis mandavit sua vice subscribi. Adjecit etiam pars vestra, quòd inter B. quondam Abbatem ejusdem Monasterii, & sancti Proculi Archipresbiterum, & fratres ipsius, procedente tempore de fidelitate & obedientia manuali, controversia fuit exorta, ad quae duo illi se duntaxat teneri negabant, & super his testes producti fuerunt, tandem praefatus T. Veronen Episcopus quemdam Cardinalem sequens, à quo idem fuerat iudicatum, quòd vel Archipresbiter dimitteret Ecclesiam, aut Abbati obedientiam repromitteret, sententialiter definivit: cujus sententia (cum nullà fuerit appellatione suspensa) in rem transit iudicatum: & infra. Quamvis fortè dicto instrumento donationis non sit plurimum innitendum, nec confirmationibus vel privilegiis, quae de ipso caulam & originem acceperunt: attendentes tamen quòd quantum ad litigantes ipsos, jus ex sententia factum fuit, postquam in rem transit iudicatum, etiam si contra jus litigatoris lata fuisset: cum contra jus constitutionis expressè lata non fuerit: veritate gestorum sermonibus prevalente, quae praesumitur ritè per omnia celebrata: definimus, ut Archipresbiter sancti Proculi, qui pro tempore fuerit, fidelitatem & obedientiam praestet Abbati sancti Zenonis.

## SUMMARIUM.

- 1 Sententia contra jus litigatoris valet si ab ea infra decem dies non fuerit appellatum.
- 2 Ecclesia per sententiam, à qua non fuit appellatum, potest subijci inferiori Praelato.
- 3 Abbas in Ecclesia sibi pleno jure subiectis potest primam Tonjuram conferre suis subditis etiam secularibus, & num. 5.
- 4 Socii post Concilium Tridentinum, num. 6.
- 5 Ecclesia dicitur pleno jure subiecta inferiori, cum Episcopus nullum jus Episcopale ibi exerceat, sed tota jurisdictione ad inferiorem pertinet.
- 6 Abbas an possit novitio sui Monasterii primam Tonjuram conferre & num. seq. usque in fin.
- 7 Novitius contrahit domicilium in loco, ubi agit annum probationis.
- 8 Canonica portio novitii decedentis non debetur Ecclesiae cuius erat Parochianus ante ingressum religionis.
- 9 Potestas rectè ordinandi pendet à jurisdictione.
- 10 Novitius est sub jurisdictione Ecclesiae & conveniri debet coram iudice Ecclesiastico.
- 11 Novitium percitens est excommunicatus.
- 12 Tonjura Monachalis, de qua in c. Monasterium 19. q. 3. iurante accipitur à Summis pro Tonjura clericali, & num. seq.
- 13 Tonjura magna in Novitio inducit tacitam professionem.
- 14 Professio tacita non inducitur per susceptionem primae Tonjurae, vel minorum Ordinum.
- 15 Novitii mores pro collatione primae Tonjurae, & minorum Ordinum qualiter praevocantur esse debent & num. seq.
- 16 Episcopus potest ordinare eum qui momento temporis declaratione sua acquisivit domicilium in Diocesi.
- 17 Abbas potest absolvere Novitium ab excommunicatione Canonis, si quis suadente, nisi Clericum percellerit ante ingressum Religionis.
- 18 Novitius an & quo respectu Religiosus sit iudicandus & num. 21.
- 19 Actus presbiteri gestis à Novitio non r. solvantur per agrestium & Religiosum.



**Um inter.** Valet sententia contra jus litigatoris lata si ab ea infra decem dies non fuerit appellatum Joan. Andr. Bald. Bellam. Butr. Cardin. Anch. Joan. de Anan. Guidopap. & Alex. de Nervo vel aliter secundum Abb. Per sententiam a qua non fuit appellatum, potest Ecclesia sub jici Praelato inferiori Episcopo, seu ad aliam Ecclesiam pertinere. Hoc dicit.

In textu ibi, *Tonjuratone.* Nota Abbatem in Ecclesiis sibi pleno jure subjectis posse primam Clericalem conferre tonsuram, prout nunc text. ad hoc ponat Host. in *Summa de tempor. ordinat.* §. *Et ad quo num. 5.* & sic tonsurare potest non solum Monachos sui Monasterii, dummodo sit Presbyter & Benedictus, cap. *Quoniam 69. distinct.* & c. *Cum castigat, supra de etate & qualitate.* Sed etiam saeculares, in quos habet ordinariam & quasi Episcopalem jurisdictionem: Tales enim dicuntur Ecclesiae sibi subjuncte pleno jure, de quibus loquitur ista littera, id est cum Episcopus nullum jus Episcopale sibi exercet, sed tota jurisdic-tio ad Abbatem pertinet ut notat Abb. in cap. In *Literariensi, eum. 4. de preben. & in c. Auditus in 4. notab. & ibi etiam Felin. num. 4. de prescription. gloss. in c. Quoniam in verb. Utroque jure, ubi etiam Hostiensis ante num. 1. in eadem verb. de preben. & est expressum in cap. *Abbas eod. tit. lib. 6. ibi, nec eis (scilicet Abbatibus) licitum sit aliter quam Monasteriorum suorum Convertere, & qui ad illa convolaverint, & in quo Ecclesiasticam & quasi Episcopalem jurisdictionem obtinent, primam Clericalem conferre**

*Tonjuram.* Licet hodie hac facultas restricta sit a Concilio Tridentino ad subditos regulares duxerat, ut in cap. *10. sess. 23. de quo die ut scripti in cap. Nonnulli num. 24. & seqq. de refer. & latus in d. cap. Cum contingat, a numer. 1. & in c. Statuimus de supplen. neglig. Praelat.*

Sed numquid Abbas possit novitio sui Monasterii primam tonsuram conferre.

Contigit hic casus in quodam Antonio, qui ingressus Religionem Ordinis sancti Benedicti in Monasterio, quod per Abbatem Benedictum regebatur, habitum suscepit, atque intra annum probationis eo ad primam Tonsuram promotus, anno deinde probationis non impleto, atque ita professione non emissa, ad saeculum reversus est.

Quaestum est an dictus Abbas infra annum probationis potuerit ei primam tonsuram conferre, adeo ut ordinatus non sit suspensus?

Hac quaestio nullam habet dubitationem quoad impressionem characteris: nam etiamsi Abbas Benedictus contulisset primam tonsuram saeculari qui habuit Religionis non assumplisset, quamvis id facere non debuisset, tamen contulisset Ordinem & characterem impressisset, licet ordinatus careret executione ut notat Archid. in c. *Quoniam 69. dist. Lap. alleg. 138. num. 5.* & alias censuit Sac. Congregatio Concilii. Quod tamen intelligendum est de Abbate solemniter Benedicto juxta textum in d. cap. *Quoniam & in c. Cum contingat de etate & qual. & declarat ibid. Lap. & scripsi plenius in d. Nonnulli, num. 24. & seqq. de refer.*

Sed dubium eo respicit, an sic ordinatus recte ordinatus fuerit, adeo ut in suspensionem non incidere.

Hoc dubium si Summittis sit deferendum, negativè decidendum fuerit; ita enim senserunt Raym. Goffred. & sum. confess. quos refert & sequitur Silveft. in verb. *Religio, 5. num. 10. Angel. in verb. Novitius num. 19. Tabien. in eod. verb. num. 14.*

Hi omnes nullam aliam rationem adducunt narrantur textu cap. *Monasterium, 19. qu. 3.* ubi habetur ad conversionem susceptos ante biennium non esse tonsurandos, quod biennii tempus ad annum postea fuit coarctatum, ut notat Vervec. relatus per Silveft. ubi supra. Ratio hujus opinionis Summittarum colligitur ex d. c. *Monasterium*, quia ante hujus temporis lapsum vita, moreque navitii non satis possunt esse perspekti.

Verum neque tanta est Summittarum auctoritas neque textus, ac ratio, quibus movetur usque adeo hanc sententiam comprobant, ut contraria non videatur potius sequenda, quae gravissimos auctores Canonistas habet & gravioribus est rationibus munita.

Quod enim novitius possit a suo Abbate suscipere primam tonsuram ac minores Ordines aperte scripserunt gloss. in c. *Abbas, in verb. Convolverint de preben. lib. 6.* dum exponit verb. *Convolverint de preben. lib. 6.* dum exponit verb. *Convolverint, id est ut convertantur & fiant Monachi.* Idem ibi clarè tradit Joan. Andr. tametsi consulat, ut Abbas ablineat & ita frans Abbas ejus Discipulus, Anchar. Gemin. & Franc. Idem sentit Archidiaconus in cap. *Nullus de tempor. ordinat. lib. 6. in verb. Infanti, ibi, Et tunc possit etiam Abbas conferre Clericalem Tonsuram infanti ingressi Religionem.*

Hac opinio probatur primò per text. in d. c. *Abbas in*

verb. *Convolverint*, juncta expositione glossae ibi probata à Doctores; deinde per text. in c. *fin. de tempor. ordin. lib. 6.* dum ibi disponitur, infanti posse conferri Clericalem tonsuram si ingrediatur Religionem, quia Ordinarius ad effectum ordinationis dicitur ratione originis, beneficii vel domicilii, c. *Cum nullus ubi omnes eod. tit. & lib. Ar. No. 8.* vitius contrahit domicilium in loco, in quo agit annum probationis ex notatis per Doctores in d. c. *Cum nullus, §. fin.* quo textu cum decernatur, ut Religiosi in non exemptis Monasteriis manentes possint ordinari à Dioecelano loci Monasterii quamvis aliunde originem ducant, Doctores hoc jux ordinandi tribuentes domicilio, inferunt idem procedere in Novitio, ut & ipse à Dioecelano loci, in quo est in probatione positus debeat ordinari: quod ibi notat Laps Perr. de Anchar. & Franch. Quorum opinio casui nostro optimè congruit; nam sicut ibi contrahitur domicilium respectu Episcopi quia prius, in quo Novitius morabatur, non erat exemptus, sed subiectus Dioecelano; ita in casu nostro in quo agimus de novitio manente in Monasterio exempto, cui praedi Abbas habens ordinandi facultatem, in contrahit domicilium quoad Abbatem, & ita illius ratio illi subditus efficitur ad effectum ordinationis: & quod Novitius videatur voluisse mutare domicilium, tradit etiam post Goffred. Host. Arch. & Guil. de Monte Laudan. Henric. Boich. in cap. *De his, in c. col. in fin. de sepulcr. Quod etiam probat omnes qui existimant Canoniam portionem Novitii ante professionem decedentis non debere Priori Ecclesiae cujus erat ante ingressum Parochianus, quia sollicit esse debet per talem ingressum Joan. Andr. Barbara & alii congehi per Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 8. num. 23. & quamvis Novitius exire possit, tamen satis est ut possit etiam in Monasterio manere & quidem perpetuo ad effectum ordinationis judicetur ut notat Laps. Anchar. & Franch. in d. cap. *Cum nullus, §. fin. in fin.**

Tertio potestas rectè ordinandi pendet à jurisdictione, ut habetur in d. cap. *Cum nullus & in c. 1. & per tot. 9. qu. 2. & in c. 3. de Paroch. Novitius autem etiam durante anno probationis quamvis non sit Religiosus cum effectu negari tamen non potest quin interim sit sub jurisdictione Ecclesiastica, adeo ut perpetuo sit conveniendus coram judice Ecclesiastico Hostiens. Arch. & Joan. Andr. in capite. *Religio, §. fin. de sentent. excomm. lib. 6.* quo textu air Archid. corrigi sententiam Innocentii, qui negabat personam hujusmodi esse Religiosam in cap. *Statuimus de regul. Hinc & rectè annotavit Laps, quem Gemin. & Franc. sequuntur in dist. cap. *Abbas, & si Joan. Andr. postquam expressit novitium posse ordinari ab Abbate, subicit eum facere contra cap. *Religio, tamen revera d. c. Facit pro: nam quamvis eo textu dicitur non esse Religiosus cum effectu idque videatur adversari sententiae nostrae; tamen revera potius facit dum disponit, ut si quis in eum manus violentas injiciat, incidat in excommunicationem latae sententiae.****

Hanc opinionem adimplatur etiam conf. Feder. de Sen. 32. incipit. *Quaestio talis est.* Quidam de populo, ubi respiciat eum qui cum esset de populo interdictio ingressus erat Religionem posse in anno probationis ordinari ab Episcopo, quamvis in statu laicali non posset absque abolitione à sententia interdicti: & sic Feder. sentit ad effectum ordinationis Novitium conferri ut Religiosum & judicari talem qualem praesens tempus demonstrat, tametsi postea contulisset esse censet à tali ordinatione ablinere, quam tamen de jure licitam putat.

Hinc patet posteriorem hanc sententiam graviores habere auctores, nam Canonistas in d. cap. *Abbas, aique eos qui in capite. Cum nullus, sententiam Novitium esse ordinandum à Dioecelano loci Monasterii: nam & hi ut supra ponderant pro hac sententia numerari possunt, patet etiam sumiores habere rationes.*

Nec obstat text. in d. c. *Monasterium, 19. qu. 3.* quod illud verbum, *Tonjurari*, incaute acceptum est à Summittis pro prima Tonsura, cum tamen ibi significet Tonsuram Monachalem ex qua professio inducebatur ut ibi notavit Turrecrem & videre est ex his que tradunt Doctores in cap. *Non solum de regul. 1. 6.* dum caventes Novitio, moment illi esse periculosum facere sibi magnam Tonsuram quia ex illa inducitur tacita professio, quod in speo tradit ibi Franch. in 2. col. vers. *Quartò quando & hanc interpretationem valide comprobat text. in c. 2. de Regul. ubi etiam disponitur ut quis Tonsuram non debeat ante etatem legitimam Doctores ita accipiunt, ut non debeat Tonderi, ut fiat Monachus per professionem ut notat ibi Abb. num. 2. in fin. quod etiam indicat d. c. *Monasterium, dum subdit, ne quis eorum non sit contentus, eo quòd noluit aut ratum non habet quod elegit. Quae ratio congruit professioni inducende per Tonsuram Monachalem non autem susceptioni primae Tonsurae, quia nec per illius, nec per minorum Ordinum susceptionem inducitur in Religionem tacita professio ut per DD. in d. c.**

Abbate, quae tamen inducitur per Tonsuram Monachalem DD. in d. c. *Non solum & in d. c. 2.*

Non obstat quòd Abbas nolle eo tempore non poterit mores novitii nam responderet, quamvis non satis eos noverit ad effectum professionis ad quam major & diuturnior probatio requiritur ob mutuum & indissolubilem obligationem ex parte Religiosi & Novitii insurgentem juxta c. *Ad Apostolicam de Regularibus*, ponit tamen sufficienter nosse ad effectum conferendi primam Tonsuram, cum indole illius non cognita non sit verisimile ut illum admisit ad Religionem c. *Prisus 55. dist. Ac praeterea dummodo Abbas in eum jurisdictionem habeat, quamvis unde quaque sibi non sit notus eum potest ordinare, cum notitia non sit necessaria ex commoatione, sed aliunde desumi possit. Quod satis liquet ex eo quòd Episcopus potest ordinare eum, qui declaratione sua momento temporis acquirit domicilium in Dioecesi, Franch. in d. c. *Cum nullus, ubi etiam alii super gloss. in ver. Domicilium de tempor. ordin. lib. 6.**

Item ex eo quòd Episcopus potest statim ordinare eum, cui beneficiu contulit, ut ibidem per DD. & tamen utroque casu ordinandus incognitus esse potest ordinari: sic etiam Episcopus ordinat eum, cujus pater in Dioecesi originem habet, quamvis ipse alibi natus sit, ut tradunt ibi DD. & hic tamen incognitus esse potest. Innumera alia exempla colligi possunt, quibus abunde liquet ordinantem dam in ordinatum habere jurisdictionem, non excludi à facultate illum ordinandi ob notitiam defectum, dum tamen illam debitis modis assumat; licet congruentius fortassis esset sit talem ordinationem ad Episcopum in cujus Dioecesi ordinandus visis & notis est, rejiceret, sicut Episcopo loci beneficii & huic nostro Abbati praedictae mansu violentas in Clericum & deinde Religionem ingrederetur, non possit absolvi ab Abbate, quasi ei non subiectus durante anno probationis. Innoc. in c. *Cum illorum de sentent. excomm. Joan. Andr. Lap. Anchar. & alii cumulat à Tiraquell. d. loco n. 31. Nam praeterea quòd huic opinioni contradicunt ne dum Archid. in dist. cap. *Religio, quem solum ab ea dissentire falso ait Tiraquell. sed etiam Raym. & Host. ibid. ab Archid. citatis, quatenus tamen eadem opinio vera esset intelligeretur cum quis incidisset in Canonem ante ingre-**

sum; quòd si incidisset durante anno probationis, ab Abbate potest absolvi. Ita conciliando Innoc. qui in cap. *Monsachi de sent. excomm.* scribit contrarium quòd quòd tradiderat, in dist. cap. *Cum illorum*, docuit Joan. Andr. ibid. Franch. in dist. cap. *Religio*, dicens ita ibi sentire DD. ex quo sequitur ut Abbas habeat jurisdictionem absolviendum tamen in Canonem non incidit ante ingressum.

Tandem non adversatur huic opinioni, quòd hic Novitius vel sit Religiosus sub conditione adeo ut ante conditionis implementum Religiosus non sit vel saltem sit pure Religiosus sub conditione resolutive, adeo ut eo postea ad saeculum remeante sic non impleta conditione, numquam videatur fuisse Religiosus: quod traditum est ab Anchar. in conf. 69. num. 8. & 9. Nam utrumque se res habeat tam quo ad veritatem hujusmodi opinionis, quam aliarum multarum traditionum, quae habentur in hac materia apud Tiraquell. ubi supra, & DD. in c. *Beneficium, de Regul. lib. 6. & d. cap. De his de Sepulcr. & Feder. de Sen. d. conf. 32.* An scilicet ex quo Novitius est in statu dubio de eo sit judicandum ac si sit Religiosus vel Saecularis: certe quantum ad nostram quaestionem pertinet, ommissis aliis effectibus satis est ut sub his jurisdictionibus Abbas & in ejus Monasterio domicilium contraheret, cum ex horum altero proveniret istum illum interim ordinandi: & quamvis hic status postea resol-vatur per egressum Novitii, non tamen resolvuntur actus perfecti medio tempore gestis, ut patet ex plenè notat. per Tiraquell. de retract. convent. §. 2. gloss. un. num. 74.

Nec cum ita se habeant, aperte sequitur ut hoc jus daret etiam post Concilium: cum decretum cap. 10. sess. 23. adimens Abbatibus jus ordinandi alior, quam Regulares sibi subditos, Novitium non excludat, de quo tamen quod Regulari ad hunc effectum judicari ut sentit Feder. de conf. 32. in fin. Praeterea cum Novitius etiam absolute Regularis & Religiosus dici possit saltem largo modo, Joan. Andr. Franc. & alii in dist. cap. *Beneficium*, ex communi Navar. conf. 5. & 6. de foro competet. Rebus in prax. de dispens. cum Regularibus facta num. 23. & sufficit ut sint tales largo modo, ut non excludantur à Concilio & minus quam fieri possit corrigatur jus antiquum, cap. *Cum expediat, de elect. lib. 6.* cum concordantibus.

DE APPELLATIONIBUS.

Alexander III. Abbati sancti Petri.

CAPUT III.

AD nostram: & infra. Quia verò remedium appellationis non ideo est inventum, ut à Religiosis & ordinis obsevantia exorbitanti, debeat in sua nequitia patrociniu exhibere: Mandamus; quatenus si quando quilibet subditorum tuorum, ad remedium appellationis convaluerit, non ideo minus eum juxta tenorem mandati, quod in praedicta regula continetur, & institutionem ordinis corrigas & castigas.

SUMMARIUM.

- 1 Regularibus à correctione Praelatorum suorum appellare non licet.
- 2 Appellationis remedium ad quid institutum & n. 4.
- 3 Praelatus Regularis corrigens subditorum excessus recusari non potest.
- 4 Appellatio à correctione legitima non admittitur.
- 5 Appellatio in his que ad visitationem, & morum correctionem spectant, admittitur ad effectum devolutivum tantum, non suspensivum, & n. seqq.
- 6 Appellare non licet in causis visitationis, & correctionis ante definitivam sententiam à quocumque gravamine.
- 7 Nisi à definitivo appellari non possit, aut gravamen sit irreparabile.
- 8 Appellari potest post definitivam in causis visitationis, & correctionis, sed appellatio non suspendit executionem.
- 9 Concilium Tridentinum à decretis visitationis & correc-

- tionis susculit appellationem suspensivam, non devolutivam.
- 10 Metropolitanus potest cognoscere de excessu, si Episcopus carceret subditos in materia correctionis, dummodo non impediatur executionem.
- 11 Appellari potest ad utrumque effectum, si Praelatus excedat modum in corrigendo & procedat viae judicariae & n. seq. usque in finem.
- 12 Monachus, sicut & Clericus appellare potest à correctione si fiat in forma judicis.
- 13 Correctio fit ad penitentiam.
- 14 Blasphemia, seu adulterii puniitio non comprehenditur correctionis morum appellatione, quando Episcopus judicialiter processit.
- 15 Corrigere quid sit.



A D. nofram. A correptione non appellatur, nisi modus excedatur. Hoc dicit. Dividitur in duas partes. Primum ponit causam mandati. Secundum ipsum mandatum ibi, mandatum.

Nota ex textu a correptione Praelati Regularis non dari appellationem. Et pondera rationem in litera expressam, quia remedium appellationis non ideo est inventum, ut alicui a Religiosis, & Ordinis observantia exorbitanti, id est quasi per exccitatem mentis devianti secundum Host. n. 5. debeat in sua nequitia patrocinium exhibere, concordat c. Reprehensibilis, ibi: Ne Religiosi cum pro aliquo excessu fuerint corrigendi, contra Regularem Praelatum, & Capitulum disciplinam appellare praesumant. Et ob eandem rationem non admittitur seculario, c. Cum speciali, ubi id notant Innoc. Host. Joan. Andr. & alii infra eod. gloffa sua hic, & Guido pap. n. 2. vers. Qua de causa.

Ceterum etiam huc Constitutio loquitur in Regularibus, tamen inspecta mente, vendicat sibi locum etiam in aliis subditis, prout illam Doctores committere intelligunt, prout Innoc. post princ. Et quod dicitur, inquit, in corrigendis excessibus Regularium, idem intelligimus etiam de excessibus aliorum subditorum, & Host. n. 3. in vers. A Religiosis, Bald. n. 2. Abb. n. 7. & 8. Alex. de Navo n. 13. & 14. Et propterea in praedicta decretali Reprehensibilis, dicitur hoc praecipue in Religiosis esse observandum: quia scilicet in eis viget peculiaris ratio propter obedientiam, & Regularis instituta. Sed tamen superius ponitur generalis prohibitio, Nec subiecti contra disciplinam Ecclesiasticam in vocem appellationis erumpant. Concordat cap. Licet, & c. Irrefragabilis in princ. supra de Offic. Ordin. & c. Pervenit, il. n. infra eod. remedium namque appellationis non ad defensionem iniquitatis, sed ad praedictum innocentem esse institutum, ut legitur in d. c. Cum speciali, §. Patet, & unaquaque re utendum est ad eam usum, in quem fuit instituta, c. In anem 22. quae 2. c. Licet, & c. 45. dist. cum alii allegatis per glossam primam, & Host. in princ. Praeterea appellatio iudicialis est, ut sententia in melius reformetur, licet aliquando in deterius fiat per iudicem ad quem ut dicitur in l. 1. in princ. ff. de appell. & ideo eam per appellationem debent sententiae in melius reformari, & iniquitas primi iudicis corrigi, non debet ejus contrarium operari, arg. l. Legata inultis, ff. de adimen. legat. in l. Cantale, §. Fuljan legati, ff. de condit. & demonstr. & observat hic Gaiopap. n. 2. Unde hanc Regulam videlicet a correptione legitima non appellari generaliter ponunt hic gloffa sua, & Host. ubi supra, Joan. Andr. Burr. Cardin. Bald. Abb. & alii omnes in principio.

Declaratur haec Regula, ut procedat quoad effectum suspensivum tantum, ut satis innuit verba d. c. Irrefragabilis de off. Ordin. ibi, Executionem ipsorum nulla consuetudo, vel appellatio valeat impedire, & apertius hodie sancitum est a Tridentina Synodo in c. 1. vers. Nec appellatio, sess. 22. de falsis in cap. 10. sess. 24. ubi, (ut Episcopi aptius quem regunt populum, possint officio, atque obedientia continere, statuitur, ut in omnibus his quae ad visitationem, ac morum correctionem subditorum suorum spectant, jus habeant etiam tanquam Sedis Apostolicae delegati ea ordinandi, & exequendi, quae illis pro subditorum emendatione, & Diocesis suae utilitate necessaria videbuntur. Nec in his, ubi de visitatione, & morum correctione agitur exemptio, aut ulla inhibicio, appellatio seu querela etiam ad Sedem Apostolicam interposita, executionem quoquomodo impediatur, aut suspendatur.)

Sed ad effectum devolutivum bene admittitur appellatio etiam a correptione, ut patet ex alio ejusdem Concilii decreto, nempe ex c. 1. sess. 13. ubi statuitur, ut in casibus visitationis, & correctionis ab Episcopo, seu illius Vicario ante definitivam sententiam ab interlocutoria, vel alio quocumque gravamine non appelletur. Nec Episcopus seu Vicarius appellationi hujusmodi tanquam frivola deferre teneatur, nisi gravamen hujusmodi per definitivam sententiam reparari, nisi ab ipsa definitiva appellari non possit. Quibus verbis aperte admittitur in casibus correctionis licere appellare post definitivam sententiam, vel antea si gravamen sit irreparabile. Hoc autem intelligi debet quo ad effectum devolutivum, non autem suspensivum, & ita Sacra Congregatio Concilii hoc decretum intellexit, & conciliavit cum praerogativa decretis c. 2. sess. 22. c. 10. sess. 24. Nam consultum an in casibus visitationis, & correctionis appellari possit post definitivam: respon-

dit posse: ita tamen, ut appellatio non suspendat executionem, ut sancitum est c. 10. sess. 24. & c. 1. sess. 22. Item consultum an decretum c. 10. sess. 24. iustitiam appellationem devolutivam: censuit non iustitiam devolutivam, sed suspensivam tantum; Et quamvis Episcopus id faciat tanquam Sedis Apostolicae delegatus, prout habetur in dicit. cap. 10. tamen cum jurisdictione iure suo ordinario etiam ante Concilium competere; non impedire appellationis devolutivam ad Metropolitanum.

Et iterum suborta dubitatione an in materia correctionis, ubi Episcopus etiam sine processu, & sine scriptis carcerat solutos, & tenet diu carceratos, possit Metropolitanus cognoscere de excessu in corrigendo, si carcerati appellaverint ad eum: censuit posse dummodo interim non impediatur, aut suspendatur executionem eorum quae ab Ordinario decreta fuerint.

Ceterum si Praelatus Regularis excederet modum in corrigendo, tunc liceret subito appellare ad utrumque effectum: & ita procedit text. in c. De priore, infra eod. in c. Super quastionem, §. nos autem, supr. de off. deleg. sicut appellatur ab executore, cum modum excedit, c. quod ad consultativam in fine, supra de re iudic. in quo alius appellari non potest, cap. novit. infra eod. c. Et qui, §. sunt quorum vers. Ab executore 2. 2. q. 6. & notat hic gloffa sua. Innoc. in princ. ubi dicit hodie non esse differentiam inter Regulares, & alios de inter correctionem, seu alium processum, cum semper liceat appellare si excedat, seu gravet per c. Licet, de off. ordin. & c. Inquisitionis, de accusat. sequitur Host. n. 3. in ver. A Religiosis, & n. 6. in vers. Corrigat, & Bald. n. 2. Unde inferitur, si Praelatus in causa visitationis, seu correctionis procedat servata via iudiciali, liceat appellare etiam ad effectum suspensivum, ut colligitur ex c. Irrefragabilis, in princ. ibi, nisi formam in talibus excessibus observandam, de off. Ordin. & tenent hic Tacered. & Vincen. & post eos Jo. Andr. n. 6. in gloss. ult. ibi, iudicem, ubi dicit posse Monachum, sicut & Clericum appellare, si correctio fiat in forma iudiciali, & est mens gloss. ult. hic, & Host. n. 8. dum dicit iudicem a correptione non posse appellari, quia fit ad poenitentiam, & extra formam iudicis: insuentes per hoc secus dicendum esse, si procedatur servato ordine iudiciali.

Et hanc sententiam alius probavit S. Congregatio Concilii. Consultit enim Auditor Cameracensis, an cum Episcopi servata via iudiciali sententiam definitivam contra delinquentes, habeant locum decreta Concilii de visitatione loquentia, & praecipue c. 10. sess. 24. ubi ut appellatio ad effectum suspensivum nullatenus debeat admitti etiam si sententia lata fuerit ad puniendum delictum blasphemiae, vel adulterii, Sac. Congregatio censuit appellatione correcti omni morum non comprehendi blasphemiae, & adulterii correctionem, seu poenitentiam, quando Episcopus iudicialiter processit, cognovit & pronuntiavit. Ita omnes excepto Cardinali Carala, quia correctio ultra quod videtur respicere tantum ea, quae concernunt regulam, & institutum Ordinis, c. Ad nostram, de app. ubi Abb. Videtur etiam sentire Concilium c. 1. sess. 22. ubi exprimitur, quibuscumque criminibus Ecclesiasticis, tamen requirit etiam aliud, ut fiat extra formam iudicis & ad poenitentiam, gloffa etiam d. c. Ad nostram, Anchar. Burr. Imola, Gemin. & Abb. in c. Si quis contra Clericum, in repet. n. 50. & c. Cum contingat n. 39. de foro compet. ubi constituit differentiam an Episcopus procedat correctionaliter, vel iudicialiter, & corrigere eum id quod aliquando tenuit transmutare, Card. in Clem. si Romanus, in princ. de praeb. Archiepiscopus Florentinus in Summa 2. par. de correctione. Et condonare blasphemum, vel adulterum est punire delictum, non corrigere mores. Et quamvis d. c. 10. utatur ver. puniendi, & sic extra poenitentiam & utatur, etiam verb. iudicata, & sic etiam in forma iudicis: tamen quia loquitur de visitatione & correctione, ad visitationem, & correctionem debent referri. Ideoque si Episcopus in dictis duobus criminibus iudicialiter procedit, admittendam esse appellationem etiam ad effectum suspensivum; tamen Cardinalis Moronus dixit agendum cum Sanctissimo.

Sancitas sua Congregatio sententiam approbavit, ut si Episcopus iudicialiter processit ad definitivam non comprehendatur hic casus appellatione correctionis morum, & de iure appellatio etiam suspensiva sedum in praedictis duobus casibus blasphemiae & adulterii, sed etiam in omnibus aliis similibus ubicumque Episcopus iudicialiter procedit.

D E



DE APPELLATIONIBUS.

Alexander III.

CAPUT XII.

Super eo: & infra. Sacri Canones, ante & post litis contestationem, & in prolatione sententiae & post, singulis facultatem tribuunt appellandi: leges autem saeculares appellationem (nisi in casibus) ante sententiam non admittunt. In casibus quoque Ecclesiasticis, ubi appellationis remedium tollitur, sicut appellationi, ita recusationi, non est aliquatenus deferendum. Si autem infra certum tempus lis decidenda committitur, ex tunc terminus incipit currere, cum iudices contigerit literas recepisse.

SUMMARIUM.

- 1 Appellari potest secundum Canones tam ante, quam post litem contestationem, in casibus prolationis sententiae & post; secundum leges vero post sententiam duntaxat, & n. 16. & seq.
- 2 Et ratio differentiae triplex assignatur.
- 3 Instantia causarum de jure cessat perit triennio, sed de jure Canonico causa instant am non habet, & cur. Et quid post Concilium Tridentinum, n. 29. in fin.
- 4 Appellari tenet prout de jure civili, non autem de jure Canonico.
- 5 Appellari potest secundum Canones etiam extra iudicium, non secundum leges.
- 6 Sententia appellatio venit definitiva.
- 7 Appellatio remota an, & qualiter intelligatur remota recusatio, & n. 14. & seq.
- 8 Recusatio jurisdictionis suspendit, sicut appellatio.
- 9 Terminus iudicis assignatus in rescripto ad causam definiendam currit a tempore praesentationis litterarum, & non ante.
- 10 Quod procedit quoad exercitium jurisdictionis, non autem quoad vires rescripti.
- 11 Non procedit si tempus fuerit limitatum per numerum dierum, hebdomadarum, mensium, vel annorum. Secus si ad certum diem.
- 12 Et facta assignatione per numerum mensium, quot dies sunt computandi.
- 13 Et an dies assignationis computentur in termino, remissio.
- 14 Executor potest recusari, & tamen ab eo appellari non potest, nisi excedat ius mandati.
- 15 Clausula, appellatione remota, quid operetur.
- 16 Appellari potest post sententiam definitivam, etiam nulla causa expressa & sufficienti dicitur, Appello.
- 17 Quod procedit etiam in casibus electionum, licet in his tunc sit causa exprimeri.
- 18 Item procedit etiam in appellatione, qua fit a iudice extra iudicium.
- 19 Appellatio a definitiva cum expressione causa manifeste frivola non tenet.
- 20 Appellari non potest a definitiva nisi gravet.
- 21 Sufficit tamen quaecumque gravamen modicum.
- 22 In appellationibus recipiendis a definitis, & inhibicionibus decernendis servari debet forma c. Romana, de appell. lib. 6. & Decretum S. Congregationis Episcoporum.
- 23 Appellatio admittitur secundum Canones ab interlocutoria, vel gravamine aliquo, dummodo concurrant decem quae hic exprimentur.
- 24 Appellatio sub conditione quatenus proposita petitio non admittatur, non valet.
- 25 Appellari potest ab interlocutoria de jure civili, quando Pagan. in II. Lib. Decretal.

- non expectatur alia sententia definitiva.
- Item a gravamine quod per definitivam vel per appellationem a definitiva reparari non potest, num. 28.
- 27 A sententia qua quis pronuntiat se iudicem incompetentem: appellari potest etiam secundum leges.
- 28 Appellatio ab interlocutoria vel alio gravamine ante definitivam in quibus casibus admittatur ex Concilio Tridentino & num. seq. usque ad num. 51.
- 29 Appellari potest post sententiam definitivam, etiam in casibus visitationis & correctionis: sed ad effectum devolutivum tantum, non suspensivum, nisi gravamen sit irreparabile.
- 30 Sententia definitiva.
- 31 Et qua sententia quasi definitiva & num. 34.
- 32 Sententia lata super possessore dicitur quasi definitiva.
- 33 Appellatio a definitiva in multis casibus non admittitur.
- 34 Metropolitanus non potest cognoscere de gravamine ante definitivam, nec simpliciter mandare ut sibi transmittatur copia processus expensis appellantis.
- 35 Appellari potest a gravamine etiam irreparabili, quando iudex extrajudicialiter procedendo gravat partes.
- 36 Sententia interlocutoria, qua dicitur.
- 37 Tortura infert gravamen irreparabile; & ideo ab illius comminatione datur appellatio.
- 38 Carcer infert onem & gravamen continuum; & nunquam transit tempus appellandi a gravamine carcerationis.
- 39 Carcer regulariter institutus est ad custodiam & locus Sanctus est.
- 40 Carceratus etiam custodia causae dicitur luere panem in corpore.
- 41 Carcer infamiam irrogat & damnus irreparabilis & num. sequenti.
- 42 Appellationi ab indebita incarceratione Ordinarius tenetur deferre & processum transmittere ad Metropolitanum: reo tamen interim manente in carceribus.
- 43 Iudex appellantis, iustificato gravamine ante definitivam: an debeat principalem causam remittere ad Ordinarium.
- 44 Censura Ecclesiastica trahit secum executionem & ab ipsa appellatur ad effectum devolutivum tantum, non suspensivum.
- 45 Sed a comminata censura datur appellatio ad utrumque effectum.
- 46 Sententia excommunicationis est potius interlocutoria quam definitiva, ibidem.
- 47 Appellatio in iudicio non admittitur a futuro gravamine nisi illud sit irreparabile.
- 48 Citatus ad dicendam causam, quare non debeat excommunicari: potest appellare.
- 49 Secus si citatur ad dicendam causam, quare non debeat declarari excommunicatus.
- 50 Appellari an possit viva voce, dum sententia excommunicationis profertur, & num. sequenti.
- 51 Affectus spiritualis est penetrabilior quam affectus humanus.

Y a